Digitized by Go[illegible]

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

COMPENDIVM PRIVILEGIORVM Et Facultatum CONGREGATIONIS CLERICORVM REGVLARIVM.

D. Alexander Peregrinus Capuanus eiuſdem Congregationis Clericus.

Collegit, Digeſsit, ſcholÿs illuſtrauit.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA



Mutinæ, Apud Iulianum Caſſianum.

De conſenſu Superiorum, 1610.

PRAEFATIO
AD CLERICOS
REGVLARES.

LIBELLVM hunc, quem priuato meo vſui, memoriæque iuuandæ cauſsa mihi iam pridem paraueram, cum tertio ab hinc anno, duo eruditi Sacerdotes, quibus Patres Capituli Generalis recognoſcendum dederant, perlegiſſent, probaſſent, & alijs etiam omnibus percommodum fore exiſtimaſſent; ecce nunc à me nouiſſime elaboratum, auctum, & ſcholijs illuſtratum, libens vobis offero dicoq; Reuerendi Patres. Paruum quidem opus in ſpeciem eſt, & exile, ſed ad

Confeſſariorum vſum (audeo dicere) magnum ac planè neceſſarium. Quid enim in hoc morali genere reperitur magis inordinatum, & perplexum, quam varia hæc, & grandis moles Priuilegiorum, quæ Religioſis Viris, Locisq́ue Summi Pontifices paſſim conceſſere? Arguit quidem tam copioſa materies, & Religioſorum Ordinum non exigua merita, & Christi Vicariorum ingentem laudandamq. erga eos munificentiam: ſed interim, vt in tanta Priuilegiorum varietate diſcerni poſſint rata ab irritis, vſitata ab obſoletis, certa ab incertis, noſtra (id eſt, nobis primario loco conceſſa) ab ijs quę per participationē ab alijs mutuamur, hoc opus, hic labor eſt. Neque vero quicquam prodeſt hortos varijs herbis plantisq; conſitos poſſidere, niſi ſingularum vocabula, differentiæ, virtutesq́; per-

noſcantur, ſciaturque cui queq; morbo, quando, qua ratione applicari debeat. Hanc igitur mihi curam in his Priuilegiorum veluti hortis ſuſcipere volui, ſcilicet vt Confeſſarijs noſtri Ordinis uiam aperirem, certamq; rationem demonſtrarem, tot Priuilegijs, facultatibusq; conceſſis, bene utendi; Quod ſanè an re ipſa præſtiterim, veſtrum iudicium eſto. Illud ego unum affirmare poſſum librum hunc, quem exiguis initijs deſcribere mihi cęperam, me non ſemel ob ingentem huius materiæ confuſionem, & uarietatem exterritum repoſuiſſe, ac penè diffiſum abieciſſe, ſępè tamen ut cōmuni utilitati aliquo pacto conſulerem in manus reſumpſiſſe: ac proinde omnem à me adhibitam fuiſſe diligentiam, ut omnibus perquam utiliſſimum foret: Multos peruolutaui de hac re tractatus, tum typis impreſſos

tum manuſcriptos; quæ in ijs reperi, confuſa, indigeſta, obſcura, ad certum ordinem, claritatemq; reuocare ſtudui. Scholia item addidi, ne lectorem aliqua difficultas remoraretur. Reieci multa quæ uiſa ſunt inutilia, incerta, irrita, aut à Summis Pontificibus poſtmodum reuocata.

Originalia diplomata multa, & fontes ipſos (quantum mihi licuit) adij, legi, conſideraui. Itaq; ſi non omnia prorſus cõplexus ſum, quæ complecti alij forſitan potuiſſent; ipſa tamen quæ hic poſui, rata eſſe & ualida, atq; Confeſſariorum uſui ualde accõmodata, mihi iure ac merito perſuadeo: quando quidem hoc potiſſimũ curaui, non ut omnia, etiam dubia aut inutilia congererem, ſed ut certa ac tuta ſeligerem, & recta methodo diſponerem. Si qua autem alia Priuilegia à Summis Pontificibus in poſterum concedentur, aut iam

fuiße

fuiſſe conceſſa ab aliquo, qui me diligentius exquirat, reperientur, facilè ad hæc ipſa ſuo queque loco adiungi poterunt. Reliquum eſt, Religioſi Lectores, ut his noſtris laboribus qualeſcunque fuerint ad Dei gloriam, ueſtriq; omnium ac proximorum utilitatem perfruamini: Interim hęc ego uniuerſa & ſingula, qua debeo ſubmiſſione S. R. Eccleſiæ iudicio ac cenſuræ ſubijcio.

Nos infraſcripti atteſtamur, in hoc Compendio Priuilegiorum, & facultatum Congregationis Clericorum Regularium, quod P. D. Alexander Peregrinus collegit, & Scholijs elucidauit, à nobis de mandato Admodum R. Patris noſtri Generalis diligenter lecto, nihil reperiri, quod Catholicæ fidei, aut bonis moribus officiat: immo valde vtile fore cenſemus, ſi typis expreſſum euulgabitur. Datum Romæ die 17. menſis Aprilis 1610.

Ego D. Heliſæus Nardinus Cleric. Reg.

Ego D. Raphael Raſtellius Cleric. Reg.

Ego D. Ludouic. Perſichellus Cleric. Reg.

Ego D. Antonius Caracciolus Cleric. Reg.

Viſa ſupradicta atteſtatione licentiã concedo quatenus hic liber imprimi poſſit.

F. Michael Angelus Lerrius Inquiſitor Mutinæ.



Ill.mi & R.mi Domini.

GENERALIS Clericorum Regulariũ eſponit humiliter Illuſtriſſimis Veſtris Dominationibus, qualiter eius Religio nullo vnquã tempore poſſedit bona aliqua immobilia, animo ea retinendi, cum id expreſſe prohibeant Conſtitutio-

nes

nes eiuſdem Religionis; à tali enim poſſeſſione voluntariè ſe abſtinet, vt eo liberius, & promptius paupertatẽ Chriſti Domini imitetur. Et licèt ſtabile quoddam Ponormi eidem Religioni relictum, nondum alienatum ſit, hoc fuit, inopia emptorum & multitudo litium: nunc verò tẽporis, Præpoſito domus eiuſdem Ciuitatis iniunctũ eſt à Capitulo Generali, vt quàm citiſſime quocumque modo illud vendat, & quocumque pretio. Quapropter humiliter eadem Religio poſtulat ab hac Sacra Congregatione declarari, non comprehendi ſub prohibitione nuper edita, DE REBVS REGVLARIVM NON ALIENANDIS; promittendo, prout opus eſt ex nunc, & in futurum, iuxta formam Conſtitutionum eiuſdem Religionis firmiter obſeruaturam ſupradictum Inſtitutum, nec vllo vnquam tempore recepturam, ſeu accepturam bona aliqua immobilia, titulo, vel eleemoſynæ, vel donationis, vel emptionis, vel quocumque alio, niſi ad effectum ea vendendi, vel pro vſu fabricæ Eccleſiæ, ſeu

Mona-

Monaſterij, & in tantum intendit tale Decretum gratioſum ſibi ſuffragari, in quantum huiuſmodi inſtitutum eſt ſeruetura &c.

Sacra Congregàtio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum cenſuit, Religionem Clericorum Regularium Theatinorum, quamdiù inſtitutum ſuperiùs propoſitum retineat, quoad bona immobilia, non comprehendi in prohibitione nupèr edita, de rebus Regularium non alienandis.

Coſ. Card. de Torres.

Proſper Fagnanus S. Congr. Sec.

ROMAE, Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſtolicæ. MDCXXV.

In Capitulo generali celebrato Romæ apud S. Silueſtrum in monte Quirinali Anno 1610. Menſis Maij.

Decreuerunt Patres vt Compendium Priuilegiorum, & facultatum noſtræ Congregationis Clericorum Regularium à P. D. Alexandro Peregrino Clerico Regulari concinnè diſpoſitum, & vtilibus annotationibus auctum publico noſtri ordinis commodo typis excudatur, excuſumq. ad ſingulas noſtras domos quam primum trãſmittatur. Nemini vero licitum ſit, ab ea die qua prędictus libellus trãſmiſsus fuerit, aut quomodolibet innotuerit abſq. licentia Admodum Reuerendi Patris noſtri Generalis aliquo alio Priuilegio vti, pręter ea, quæ in iam dicto Compendio continentur.

D. Io: Baptiſta Aprilis Secr.

D. Io. Ant. Angriſanus Congregationis Clericorum Regularium Præpoſitus Generalis.

Hoc Compendium Priuilegiorum, & facultatum noſtræ Congregationis à P.D. Alexandro Peregrino Clerico Regulari collectum, & Scholijs illuſtratum, noſtrorũquè aliquot Patrum teſtimonio probatum, poteſtatem facimus, vt publico bono in lucem emittatur.

Datum Romæ apud Sanctum Silueſtrum in Mõte Quirinali die 25. Menſis Maij 1610.

D. Io: Ant. Præp. Gen.

INDEX TITVLORVM HVIVS TRACTATVS.

Abſolutio quoad Fratres noſtrę Congregationis. fol. 8

Abſolutio quo ad ſęculares. 15

Aedificare. 27

Alienatio bonorũ. 30

Apoſtata ab ordine. fol. 32

Appellatio. 34

Benedicere. 36

Bulla Cęnę Domini. fol. 39

Calices & Corporalia. fol. 39

Canonica portio. 40

Communicare. 41

Communicatio priuilegiorum. 47

Commutatio 50

Confeſſarius. 54

Confirmatio Priuilegiorum. 56

Conſeruatores. 57

Conſtitutiones. 60

Correctio. 61

Decimæ. 64

Declarare. 64

Diſpenſatio. 66

Eccleſia. 81

Eccleſias reconciliare. fol. 83

Eij-

Eijcere. 84
Epiſcopi. 88
Euchariſtia. 89
Excommunicatio. 89
Exemptio. 90
Generalis. 93
Gradus. 95
Horę Canonicę. 96
Ieiunium. 96
Indulgentię. 97
Infirmi. 108
Interdictum. 111
Libri prohibiti. 120
Medici. 122
Miſſa. 123
Notarius. 128
Nouitius. 130
Officium Diuinum. fol. 132
Oracula viuæ vocis.

fol. 136
Cratoria. 137
Pacta. 137
Paramēta ſacra. 138
Prædicare. 138
Prępoſitus. 139
Præſcriptio. 141
Priuilegia. 141
Proceſſiones. 151
Quarta. 152
Recipere. 153
Reconciliatio. 153
Reſeruatio. 153
Sacra. 154
Sacramenta. 154
Scrupuli. 155
Teſtimonium. 155
Tranſire. 156
Verberare. 158
Vctum. 158

ordines 78

ord F I N I S. 79 813

Errata ſic corrigenda.

In tit. libri, clericus digeſſit, dele punctum. In prefatione fol. 3. lin. 14. Exterritum. repoſuiſſe ſepoſuiſſe. lin. penultima vtiliſſimum foret vtiliſſimus. In indice tit. vltimo vtum votum.

Fol. 1. in tit. lin. 3. Et Gratiarum Facultatum. fol. 3. lin. 15. Anni 1591. Anno 1591. fol. 16. lin. vltima Docet Decet. fol. 17. lin. 1. Nonarum Nonis. eadem lin. 1546. 1586. fol. 17. lin. 19. ſimonia ſimoniæ. fol. 18. lin. 16. è quibuſcunq; caſibus à quibuſcunque caſibus. fol. 21. lin. penultima eamdem eandem. fol. 24. lin. 10. ſeculares p. §. 11. ſeculares p.o. §. 11. lin. 14. eamdem ſententiam eandem. eadem linea cap. 1. tomo 1. fol. 26. lin. 18. cadem eadem. fol. 27. lin. penult. Io. Baptiſta confectus ſub. Io. Baptiſta Confectus in collectione priuilegiorum ſub. lin. vltima collectione priuilegiorum deleantur iſta verba (collectione priuilegiorum) fol. 29. lin. 5. vicinam viciniam. fol. 31. lin. 5. regularium regularis. lin. 6. alenatio alienatio. fol. 32. lin. 6. Redoanum Rodoanum. lin. 8. in fine. c. 3. nu. 4. cap. 3. nu. 24. fol. 40. lin. 12. eis oblatis ei. fol. 42. lin. 2. noſtræ Congregationis Congregationi. lin. penultima, ſue ſeu. fol. 43. lin. 8. ſummere ſumere. lin. 19. preſummi preſumi. fol. 43. lin. vltima tit. 1. tomo 1. fol. 46. lin. 8. minima minime. fol. 47. lin. 2. tit. 1. tomo 1. fol. 48. lin. 14. Communio Communicatio. lin. 16. Mandoſius de Priulegijs priuilegijs. fol. 49. lin. 5. Fatres Fratres. fol. 50. lin. 1. Communicatio Commutatio. fol. 51. lin. antepen. Sanchez tit. 3. tomo. 3. fol. 53 lin. 13. Sanchez de matr. tit. 3. tomo 3. fol. 54. lin. 9. quem conceſſionem quam. fol. 55. lin. penultima Bula Bulla. ibidem ſub Gregorio xiv. Gregorio xiij. fol. 56. 58. 56. lin. penul. non comprehendatur comprehendantur. fol. 57. 59. 57. fol. 58. lin. vltima accipere acceptare. fol. 59. lin. 18. Compendio 4. Cempendio §. 4. fol. 60. 62. 60. fol. 61. 63. 61. lin. vltima dictum eſt in ſupra dictum eſt ſupra.

prã. fol.63. 59.63.fol.64. 66. 64. fol. 67. lin. 6. factum horum trium notorium, notorium non ſit.lin. 18. irregularitate contractu contracta.fol. 68.lin. vltima ſuperioris ſuſpenſionis. fol. 69. lin. 19. promoueri poſſit poſſint.fol.72.lin.5.noſtrorum Congregationis noſtræ Congregationis.fol.72. lin.13. Sixtus iv. Sixtus v. fol. 77.lin.18. Diſpenſatio. §.3. §. 2. fol. 79.lin. 12. quod eſt 3. §.5. quod eſt ſupra. §.5 fol.79.lin.16. Queſtionibus regalaribus tit. 1. tomo 1. fol. 80.lin. 6. eiſdem con conuerſari deleatur (con) eiſdem conuerſari. fol. 81. lin. 16. de matrimonio tit.3. tomo 3. fol.83. lin. 2. Bonifacio viij. adde prohibente. fol. 87. lin. 11. Adeſt etiam declaratio Neque obſtat declaratio. fol. 87. lin. 18. ſed per hanc declarationem quia per hanc declarationem. fol. 92. lin. 8. Ordinis Camalduenſis Camaldulenſis. lin. 10. tertio nonis Nouembris nonas. fol. 96. lin. vlt. conſultationem conſolationem. fol. 102. lin. 1. Domino. D. fol. 106. lin. vlt. celebr andas dixerunt duxerint. fol. 120. lin 14. cum conſilio ſnorum conſultorum ſuorum. fol. 121. lin. 15. anotationes annotationes. fol. 122. lin. 11. Patribus Societati Ieſu Societatis. fol. 123. lin. 1. quibuſcunq; exraneis extraneis fol. 124. lin. 5. Tridentinnm Tridentinum. lin. 7. Pater Gen. Patris. fol. 127. lin. 7. D. Tho. tit. 3. tomo 3. fol. 128. lin. 2. concio võ non lin. 18. quæ eſt ante pen. priuilegia conceſſionis conceſſiones. lin. pen. Nec non reſcripta Apoſt. quibuſuis perſonis conceſſis deleantur iſta verba vſque ad verbum (Nec non) excluſiuè. fol. 129. fol. 132. lin. 10. Sanchez tit. 2. tomo 2. lin. ante penultima Ioannes Baptiſta Ioãnis. fol. 142. lin. 5. incurrant incurrũt. fol. 144. lin. 4. à notitia huius priuilegijs priuilegij. lin. 5. Iulio ij. Iulij ij. lin. 6. Leoni Leonis. lin. 8. §. 12. §. 11. fol. 147. lin. 3. Queſtionibus regularibus tit. 1. tomo 1. fol. 149. lin. 18. vti non fuerint vſi fol. 156. lin. 8. quorumcumque literarnm quarumcunque. fol. 158. lin. 14. regularibus tit. 1. tomo 1.

COMPENDIVM PRIVILEGIORVM Et Gratiarum CONGREGATIONIS Clericorum Regularium.

§. 1.

ANTE omnia ſciendum eſt, quod Pius iiij. in ſua Conſtitutione, quę incipit in Principis Apoſtolorum, &c. edita Anno 1565. Pontificatus ſui anno 6. 13. Kalendas Martij, Et publicata Romę die 24. eiuſdem Menſis, & Anni, annullat omnia priuilegia conceſſa, & concedenda, quę fuerint contraria Concilio Trid. atq. ad terminos illius reducit.

SCHOLIVM.

VT ſtatim cognoſcant lectores quibus Priuilegijs vti non poſſumus & quibus vti poſſumus, & qua authoritate, ante oēs Titulos poſui hos quinque Paragraphos.

§. 2. GAudet noſtra Congregatio omnibus & ſingulis priuilegijs, exemptionibus immunitatibus, &c. quibus gaudent aut in futurum gaudebunt Canonici Regulares Congregationis Lateranēſis, perſonęq. & loca eorum, ita vt litterę Apoſtolicę ſuper eiſdem priuilegijs, &c. eiſdem conceſſis, vel pro tempore concedendis, mutatis dumtaxat nominibus, & cognominibus, inuocationibus, & diebus, ad noſtrum libitū expediri poſſunt perinde ac ſi illa omnia, non ſolum per clauſulas generales, ſed per eorum tenorem de verbo ad verbū fuiſſent expreſſa, & nobis ſpecialiter conceſſa. Clemens vij. noſtræ Congregationi.

Gau-

§.3. GAudet etiam noſtra Congregatio omnibus, & ſingulis priuilegijs conceſſis, & concedendis Societati Ieſu Almæ Vrbis per quoſcunq. Romanos Pontifices. Paulus iv. noſtræ Congregationi.

SCHOLIVM.

SVpradicta duo priuilegia nobis conceſſa à Clem. vij. & Paulo iv. fuerunt nobis confirmata à Pio V. Idibus Februarij Anni Domini 1567. *ut patet in noſtris priuilegijs manu ſcriptis.*

§.4. ALiud priuilegium longe amplius conceſſit noſtrę Congregationi Greg. xiv. die 5. Apr. Anni 1591. tenoris ſequentis; Et pręter priuilegia, & alia Congreg. & Clericis Regularib. cõceſſa, omnib. & ſingulis alijs priuilegijs, exemptionibus, facultatibus, indultis, indulgentijs, & peccatorum remiſſionib. & relaxationib. cęteriſq. gratijs tam in ſpi-

ſtitualibus quam temporalibus quibuſuis Religionib. Congregationib. & ordinib. quocunq. nomine nũcupentur etiam Mẽdicantium, ac tam virorum quam mulierum, eorumq. monaſterijs, domibus, & alijs pijs locis per quoſcunque Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros, ac nos, dictamq. ſedem hactenus quomodolibet conceſſis, & in poſterum concedendis, ac quibus illorum vtriuſq. ſexus perſonę de iure vel cõſuetudine, aut ex priuilegio, vel alias quomodolibet vtuntur, potiũtur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poſsũt, & poterunt quomodolibet in futurum in his, quę eorum regularibus inſtitutis non aduerſantur dumtaxat, non ſolum ad eorum inſtar, ſed ęque principaliter, ac pariformiter in omnib. & per omnia, perinde ac ſi eidem Congregationi, & Clericis ſpecialiter, & expreſsè conceſſa forent, vti potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant perpetuo concedimus, & indulgemus, illaque eis communicamus, concedimus, & ad eos extendimus, &c.

Per-

§. 5. PER priuilegium etiam eiuſdem Greg. xiv. conceſſum Congregationi Regularis obſeruantię S. Bernardi Regnorũ Hiſpanię die 28. Iunij 1591. Gaudet noſtra Congregatio omnibus, et ſingulis priuilegijs conceſſis quibuſuis alijs Religionibus ẽt militaribus, Nec nõ Collegijs, Vniuerſitatib. Confraternitatibus, ac pijs locis; (cum clauſula in fine) Non obſtantibus clauſulis annullatiuis, caſſatiuis, exceptiuis, ac etiam communicationis prohibitiuis, Alijſq. efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis irritantibus in genere vel in ſpecie.

SCHOLIVM.

SVpradictum priuilegium, virtute praecedentis priuilegij Greg. xiv. noſtrae Congregationi conceſſo nobis communicatur.

Vide de hac materia infra Tit. Communicatio priuilegiorum §. 2.

Hoc vltimo priuilegio Gregorij xiv. Con-

gregationi S. Bernardi conceſſo, & nobis communicato, (quod eſt authenticum apud Patres Sanctæ Pudentianæ Romæ, & illud refert de verbo ad verbum Emmanuel Rodericus in ſua Collectione Priuilegiorum Bulla 3. ſub Gregorio xiv.) gaudemus omnibus priuilegijs conceſſis alijs Religionibus, &c. etiam cum clauſula taxatiua, vel communicationis prohibitiua.

Dubitari poteſt, an virtute horum priuilegiorum gaudeamus priuilegijs conceſſis alijs Religionibus, &c. poſt Concilium Tridentinum, & contrarijs ipſi Cõcilio, cum clauſula derogatoria dicti Concilij; Et affirmatiuè reſpondendum mihi videtur; quia eo ipſo quod derogatum eſt dicto Concilio, nihil nobis obſtat, quin poſſimus illis participare. Præterea quando Summi Pontifices nolunt, vt alijs cõmunicentur ex eo quod ſunt contra Cõcilium Tridentinum ſolent exprimere, vt aliæ Religiones non poſſint participare talibus priuilegijs, vt fecit Greg. xiij. in priuilegio cõceſſo Generali Societatis Ieſu, vt poſſit diſpenſare

cum

cum Fratribus dictæ Societatis, ut poßint ſuſcipere ordines etiam ſacros, & Presbiteratũ extra tempora à iure ſtatuta: tribus tamen dieb. Dominicis, vel alijs feſtiuis, & cõtinuis à quocunque Antiſtite non obſtante Concilio Trid. Et ſimiliter in alio priuilegio, vbi dicto Generali conceßit, ut poſſet diſpenſare cum ſuis Patribus et Fratribus, ut poßint tranſire ad alias quaſcunq. Religiones etiam laxiores. Fuit conceſſum die 22. Menſis Septemb. 1582. Pontificatus ſui Anno 11.

Præterea eſt adnotãdum, quod in communicatione priuilegiorum cõprehenditur etiam priuilegiorũ confirmatio, & innouatio; Quoniam cum ſit conceßio quędam à Sede Apoſtolica etiam ad fauorem vnius ordinis emanata, cęteris quoq. ordinibus conceſſa, & ad illos, & eorum quemlibet extenſa pariter intelligitur, ita ut cõfirmatis priuilegijs vnius ordinis, etiam pro omnibus alijs quibus communicantur confirmata & innouata ſtatim eſſe cenſeantur; ut docet Io: Bapt. Confectus in ſummario priuilegiorum Mendicantium

Tit.3.cap.5.verſiculo Addendum eſt autem, fol.mihi 344.

Tit. Abſolutio Quo ad Fratres noſtræ Congregationis.

§. 1. PRępoſiti noſtrę Congregationis, & qui eorum locum tenent, viſitatores etiam tẽpore viſitationis, & confeſſarij deputati ad audiendas Fratrum noſtrę Congregationis confeſſiones poſſunt eos abſoluere à quibuſcunq. peccatis, & cenſuris etiã Sedi Apoſtol. reſeruatis; (illis exceptis quę continẽtur in Bulla Cęnę Domini, & caſibus reſeruatis noſtris Superiorib. iuxta Decretum Clem. viij. publicatum Romę die 26. Menſis Maij 1593.) Paulus iij. Societati Ieſu, vt in eorum compendio Priuilegiorum Tit. Abſolutio §. 4. Et in cõpendio priuilegiorum Mendicantiũ Tit. Abſolutio ordinaria quo ad Fratres per totum; ſed precipuè. §. 38. Et Grego. xiv.

Cle-

Clericis Regularibus miniſtrantibus infirmis, Anno Domini 1591. vndecimo Kalendas Octobris.

SCHOLIVM.

Contra hęc autem non obſtat Decretum ſacræ Congregationis Illuſtriſſimorum Cardinalium ſuper negocijs Epiſcoporum, & Regularium, publicatum Romę die 9. Menſis Ianuarij 1601. quia fuit declaratum Admodum R. noſtro P. Generali D. Ioanni Sipontino per dictam Congregationem, viuę vocis oraculo, mentem S. Pontificis non fuiſſe tollere, & annullare per dictum Decretum Priuilegia quo ad abſolutiones Regularium, ſed tantum quo ad ſeculares perſonas.

Nec etiam obſtat dictum Decretum quo ad abſolutiones Nouitiorum ante profeſſionẽ, quia poſſunt abſolui à noſtris Superiorib. et alijs quos ipſi deputauerint, ab omnib. peccatis, & cenſuris, ante vel poſt ingreſſum Religionis commiſſis, prętẽrquam ab illis quę continentur in Bulla Cęnæ Domini; Qui tamen

men

men Nouitÿ ſi à religione receſſerint reinci-dunt in eaſdem cenſuras. Paulus iÿ. Societa-ti Ieſu, vt habetur in eorum Compendio Tit. Abſolutio §.4 Et Mendicantibus, vt dicitur in eorum Compẽdio Tit. Abſolutio ordinaria quo ad Fratres poſt. §. 38. per Collectorem.

Ex Decreto Clem. viij. ſtatuto Romæ die 19. Martÿ 1603. Nouitiorum confeſſiones audiendi cura, ſoli Magiſtro Nouitiorum committi debet; Semel tamen aut bis in anno licebit Superiori, vel cui ille commiſerit. Hoc Decretum refert Stephanus Quaranta in ſumma Bullarÿ, Tit. Monaſteria & Conuẽtus §. cum ad Regularem diſciplinam, verſic. Quilibet Nouitius, à verbo Ipſi autem, &c.

§.2. NOſtrę Congregationis Fratres abſentes à Monaſterio cũ debita licentia, quoties voluerint poſſunt ſibi eligere confeſſarium Religioſum, vel ſęcularem, & electum mutare, qui eos abſoluat ab omnibus caſibus à quib. exiſtentes in Monaſterio abſolui poſsũt; Et gaudent

dent omnib. gratijs, priuilegij s, & indulgentijs, quib. gauderent in Monaſterio. Martinus v. Fratribus S. Hieronymi Hiſpanię, vt habetur in eorum Compēdio, Tit. Abſolutio §. i. & Clemens vij. noſtrę Congregationi, & confirmatum fuit à Pio v. Anno Domini 1567. Idibus Februarij, vt in priuilegijs manuſcriptis.

SCHOLIVM.

Confeſſarius electus debet eſſe approbatus ab Ordinario. Præterea aduertendum eſt, quod non poſſunt vti hac facultate, quando reperiuntur in Ciuitate vel loco vbi ſunt noſtri, quamuis ſint abſentes à proprio Monaſterio. Nec etiam quando in itinere habent ſocium ex noſtris confeſſarium; Si vero ſocius fuerit ſimplex ſacerdos, et non confeſſarius, debet petere licentiam à Superiore noſtræ domus vnde diſcedit, vt poſsit ei Sacramentum pęnitentiæ miniſtrare; Et in hoc caſu præſumi poteſt ratificatio de pręſenti A. R. P. Generalis ad quem ſpectat concedere di-

dictam licentiam vigore noſtrarum conſtitutionum. par. 1. cap. v. verſic. Sacerdotum &c. Quæ licentia ceſſat, cum peruenerit ad aliquam domum noſtræ Congregationis, non ſolum cui aſſignatus fuerit, ſed etiam in qua per tranſitum hoſpitari, aut per aliquod tempus morari contigerit: quia ibi noſtri confiteri debent confeſſarijs aſſignatis à Præpoſito in illa domo, cum ſub iuriſdictione dicti Præpoſiti ſint, dum ibi morari contigerit.

§. 3. CONfeſſarij aliorum Ordinum Regulares, ſiue ſeculares, non poſſunt noſtrorum confeſſiones audire, etiam ſi habeant generalem facultatem audiendi confeſſiones. Inno. iv. Ordini Predicatorum, vt habetur in eorum cōpendio, Tit. Abſolutio ordinaria quo ad Fratres §. 23. Et refertur in Compendio priuilegiorum Societatis Ieſu, Tit. Confeſſarius. §. 5. Clem. iv. Ordini Minorum, vt habetur in eorum compendio Tit. Cōfeſſiones & confeſſarij §. 1. Nec noſtri poſſunt confiteri alijs, niſi ſuis Prelatis,

vel

vel alijs noſtrę Congregationis confeſſarijs deputatis à ſuis Prę̨latis ad confeſſiones audiendas Fratrum, vel alijs noſtræ Congregationis de eorumdem Prę̨latorum licentia. Innoc. viij. Fratribus Eremitis S. Auguſtini Prouincię Hiſpanię, vt habetur in compendio Minorum Tit. cõfeſſiones, & cõfeſſores. §. 7. Et Paulus iij. Societati Ieſu, vt habetur in eorum compendio, Tit. confeſſarius §. 3. Etiam virtute quorumcunq. confeſſionaliũ, Six. iv. Leo x. & Paulus iij. Ordini de Guadalupo, vt in Compendio Priuilegiorum Sãcti Hieronymi Hiſpanię Tit. Confeſſionales. §. 1. 2. 3. Et ſi aliqui talia confeſſionalia impetrare præſumpſerint, eo ipſo impetratis carent, & per decennium prę̨eminentia Congregationis noſtrę (ſi quã habent) ipſo facto ſunt priuati; Neque ſuper priuatione ab alio, quam à Romano Pontifice diſpenſari poteſt; Clemens vij. Congregationi s. Georgij in Alga, vt refertur in Compendio Societatis Ieſu Tit. confeſſarius. §. 7. Idem etiam dicendũ eſt de

de Bulla Cruciatę, quod dictum eſt de confeſſionalibus; Pius v. Ordini Prędicatorum vt habetur in collectione priuilegiorũ Emmanuelis Roderici Bulla 13. ſub Pio v. Gregorius xiij. Societati Ieſu in priuilegio quod incipit, Decet Romanũ Pontificẽ ſub die 3. Maij Anni 1575. Pontificatus ſui anno 3. Et Clemen. viij. declarauit per Breue Carmelitanis, quod refert Sebaſtianus à Coſta in explicatione Bullę Cruciatę. q. 107. Et latè probat Corduba in Compendio minorum Tit. cruciata, & collector, & Capucinus ibidẽ.

SCHOLIVM.

PER Capitulum noſtrum Generale celebratum anno 1601. *fuit ordinatum idem quod dictum eſt in prędenti.* §. *à verſiculo Nec noſtri, &c. Et renunciatum omnib. priuilegijs, & facultatibus in contrarium facientibus; Quod capitulum poteſt hoc facere, vt habetur infra Tit. Priuilegia.* §. 8.

Tit.

Tit. Abſolutio quo ad ſęculares.

§. 1. OMNES confeſſarij noſtræ Congregationis approbati iuxta formã Conc. Trid. habent facultatem abſoluẽdi quoſcunq. Chriſtifideles vndecunque venientes, à quibuslibet peccatis etiam Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, & à quibuſcunq. cenſuris, ſententijs, & pęnis Eccleſiaſticis ex illis reſultantibus; prętęrquam ab his quæ continentur in Bulla Cęnę Domini; Paulus III. Societati Ieſu, vt habetur in eorũ compendio Tit. Abſolutio. §. 1. Et in eorum priuilegio conceſſo à d. Paulo III. ſub die 3. Iunij 1545. Pontificatus ſui anno vndecimo, quod incipit, Cum inter cunctas ſolicitudines noſtras, &c. Et in terris remotiſſimis infideliũ, hęreticorũ, & ſchiſmaticorũ à quibus nõ poteſt adiri Sedes Apoſtolica, Chriſtianos ibidem commorantes poſſunt abſoluere etiam à peccatis, cenſuris, & pęnis reſeruatis in

Bulla Cęnę Domini, cum licentia Prępoſiti Generalis; Idem Paulus iij. Societati Ieſu, vt patet in priuilegio quod incipit, Licet debitum paſtoralis officij, &c. ſub die 15. Kalendas Nouembris 1549. Anno 15. ſui Pontificatus; Et etiam à caſib. hęreſis, in foro tamen conſcientię; Iulius tertius Societati Ieſu, in priuilegio quod incipit, Sacrę Religionis, &c. conceſſum die 22. Octobris 1552. Pontificatus ſui anno 3. Et per priuilegium conceſſum Cõgregationi Oratorij S. Marię de Vallicella de vrbe à Sixto v. poſſumus abſoluere non ſolum à ſupradictis caſibus, & cenſuris reſeruatis, ſed etiam in poſterum reſeruandis Sedi Apoſtolicę; pręterquam ab his quę continentur in Bulla Cęnę Domini.

SCHOLIVM.

SVpradictum priuilegium Sixt. v. refert de verbo ad verbum Stephanus Quaranta in ſua ſumma Bullarij, ſub Tit. Confeſſor. §. Docet Romanum Pontificem, &c. ſub data

nona-

nonarum Septemb. 1546. Pontificat. ſui anno 2. Et ſupradictum Priuilegium Pauli iij. Societati Ieſu conceſſum habetur in collectione priuilegiorum Io: Baptiſtæ confecti, priuilegio 3. ſub Paulo iij.

Supradicta facultas abſoluendi eſt etiam limitata in ſex alijs caſibus, (ſed per totam Italiam, extra vrbem, niſi in articulo mortis) nempe Primo, violationis immunitatis Eccleſiaſticę in terminis Conſtitutionis Gregorij xiv. quæ incipit, Cum alias non nulli. Secundo, violationis clauſuræ Monialium ad malum finem. Tertio, prouocantium & pugnantium in duello iuxta Decretum ſacri Concilij Trid. & cõſtitutionem Gregorij xiij. incipientem, Ad tollendum, &c. Quarto, inijcientium violentas manus in Clericos, iuxta Canonem ſi quis ſuadente, 17. quæſ. 4. ac iuris diſpoſitionem. Quinto, Simonia realis ſcienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis. Sexto, & vltimo, in omnibus caſibus, quos ordinarij locorum ſibi reſeruarunt, & in poſterum reſeruabunt. Ita habe-

tur in Decreto Clem. viij. facto per Congre-tionem Illuſtriſs. DD. Cardinalium ſuper negocijs Epiſcoporum, & Regularium, publicato die 9. menſis Ianuarij 1601. et declarato die 26. Nouembris 1602.

Et quamuis per Concilium Trid. omnis Sacerdos poſsit abſoluere à quibuſcunq. peccatis reſeruatis, & cenſuris in articulo mortis, tamen multum confert abſolui virtute huius priuilegij; quia poſt abſolutionem ſi non moreretur, non teneretur ſe præſentare Superiori, quemadmodum ſi eſſet abſolutus abſq. poteſtate huius priuilegij.

§. 2. QVI mittuntur ad triremes poſſunt abſolui per noſtros confeſſarios è quibuſcunque caſibus ſicut in articulo mortis. Pius IV. viuæ vocis oraculo Societati Ieſu, vt habetur in eorum compendio verbo Abſolutio. §. 3. Vbi etiam habetur hoc Scholium; Hęc facultas ab omnibus Superioribus concedi poteſt.

Scho-

SCHOLIVM.

ET qui reperiuntur in triremibus condemnati poſſunt eadem facultate abſolui, cum ſit eadem ratio.

§.3. COnfeſſarij noſtrę Congregationis poſſunt abſoluere familiares, ſeu famulos laicos intra ſepta monaſterij commorãtes à caſibus locorum ordinarijs reſeruatis, & pro tempore reſeruandis, non obſtante Decreto à Clemẽte viij. publicato die 9. mẽſis Ianuarij de caſuum reſeruatione, anno 1601. Conceſſit hoc priuilegium idem Clemẽs viij. Carthuſienſibus die 26. Menſis Martij 1602. vt refertur in Compendio priuilegiorum Congregationis S. Marię Fuliẽſis in Tit. caſuum reſeruatio. §. 1.

§.4. EXtra Italiam poſſunt noſtri confeſſarij abſoluere à caſib. locorũ ordinarijs reſeruatis, & pro tempore re-

ſeruandis. Gregor. xiij. noſtrę Congregationi, per viuę vocis oraculum factum R.P. D. Innoc. Paraſcandalo tunc Præpoſito s. Silueſtri Mõtis Quirinalis; Quod priuilegium erat in vſu apud nos etiam per totam Italiam ante prohibitionem factam per Decretum Clementis viij.

§.5. CONfeſſarij noſtrę Congregationis ſemel approbati iuxta formã Conc. Trid. quando non poſſunt commodè ſe prę ſentare Epiſcopis (quia ſunt in itinere vel alibi) poſſunt Chriſti fidelium confeſſiones audire in illis locis, aut oppidis, vbi ordinarij non exiſtunt. Et Prędicatores verbum Dei prędicare, nõ repugnantibus tamen Curatis Parochialium Eccleſiarum; Eugenius iv. Confeſſoribus Ordinis Minorum, vt habetur in eorum compendio Tit. Abſolutio quo ad ſęculares primo §.3. Et Gregor. xiij. Societati Ieſu, vt in eorum compendio Tit. confeſſarius §. 2. Quod priuilegium incipit, decet Romanum Pontificem nu. 143.

ſub

ſub die 3. Menſis Maij 1575. Pontificatus ſui anno 3. cum clauſula derogatoria Concilij Tridentini; videlicet; Non obſtantibus Apoſtolicis nec non in Generalibus Concilijs, Prouincialibus, & Sinodalibus Concilijs editis, generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus, &c. & alijs clauſulis annullatiuis, reuocatiuis, exceptiuis, &c.

SCHOLIVM.

CAutè vtendum eſt hoc priuilegio, ne ordinarij conquerantur.

§. 6. COnfeſſarij noſtrę Congregationis ſemel approbati ab aliquo ordinario pro confeſſionibus audiendis, poſt vnam pręſentationem, & approbationem; licet alio ſe transferant, vt ibi ad tempus habitent; ſi poſtea reuertantur ad eamdem Diœceſim non eſt neceſſarium iterum ſe pręſentare. Eugenius IV.

 Ordi-

Ordini Minorum vt in eorum compendio Tit. Abſolutio quo ad ſęculares primo §.4. & Clemens vij. ibidem §. 16.

§. 7. COnfeſſarij noſtrę Congregationis approbati in aliqua Dięceſi ad confeſſiones audiendas, mortuo Epiſcopo poſſunt vti eadem licentia Sede vacante, donec prouiſum fuerit de paſtore; Clem. iv. Ordini Prędicatorum, vt habetur in collectione priuilegiorum Mendicantium Io: Baptiſtę Cõfecti, ſub Clemente iv. priuilegio 7. Et ſemel pręuio examine approbati iterum ab eodem Epiſcopo non ſunt examinandi; Ex Decreto ſacrę Cõgregationis, vt habetur in collectione priuilegiorum Io: Baptiſtę confecti, in fine priuilegiorum ſub Sixto v.

SCHOLIVM.

REquiritur tamen, vt in illa prima pręſentatione ſit indiſtinctè & vndequaque admiſſus, & approbatus abſque aliqua

limi-

limitatione temporis, certorumuè locorum, aut generis perſonarum, vt ſolet fieri illis, qui non adeo idonei reperti fuerint; Si vero eſſet admiſſus ad beneplacitum abſque aliqua limitatione, tunc intelligitur ſimpliciter, & vndequaque admiſſus, et approbatus; Quia beneplacitum durat vſque ad mortem concedentis niſi reuocetur, cap. ſi gratiosè de reſcriptis in 6. Et Religioſus ſemel ſimpliciter, & preuio examine ab ordinario approbatus, nō poteſt cogi ab eodem ordinario, vt iterum examinetur, ex ſupradictis in precedēti. §. Nec poteſt dicta licentia reuocari ab ordinario abſque noua, & legitima cauſa, quia facultas audiendi confeſſiones conceditur Regularibus à Summo Pontifice per Clem. Dudum de ſepulturis. §. ſtatuimus: Et ordinarij non habent niſi nudum miniſterium videndi an ſint idonei; Vnde quando idonei ſunt reperti, non poteſt ab ordinarijs eis denegari dicta licentia, et ſemel conceſſa, vt dixi, non poteſt ad beneplacitum reuocari.

Aduertendum eſt etiam, quod intelligen-

dum eſt hoc priuilegium, dummodo ſit idem Epiſcopus qui eum approbauit.

§.8. CONfeſſarij noſtrę Congregationis in aliqua Diæceſi admiſſi ad confeſſiones audiendas à locorũ ordinarijs, poſſunt extra Dięceſim ſubditos illorum audire, cum hoc poſſint curati de Iure; Sixtus iv. Ordini Minorum, vt habetur in eorum Compendio Tit. Abſolutio quo ad ſęculares p. §. 11.

SCHOLIVM.

IDem de iure docent multi DD. quos refert, et ſequitur Sanchez de Matrimonio cap. 1. lib. 3. diſp. 34. nu. 2. verſ. Eamdẽ ſententiam &c. Et verſiculo eiuſdem ſententię &c. Et ratio eſt, quia iuriſdictio voluntaria delegata poteſt etiam extra territoriũ exerceri, vt latè probat idem Sanchez vbi ſupra nu. 2. Cum nulla irrogetur iniuria Iudici alieni territorij; Et abſq. ſtrepitu, & figura iudicij exerceatur: quæ ratio ęque militat in Iudice ordinario & Delegato. Nec obſtat

ſtat Clem. Dudum de ſepulturis quę dicit (loquens de religioſis) poſſe audire intra Diœceſim confeſſiones &c. quia ſenſus eſt, vt non poſſint extra Diæceſim audire illos, qui non ſunt illius Diœceſis, in qua ſunt prçſentati: ne putarent ſe vbi ſemel præſentati ſunt, eſſe totius orbis confeſſarios; ita Sanchez vbi ſupra nu. 2. in fine; Tamen cautè vtendum eſt hac facultate, ne ordinarij conquerantur.

§. 9. CONfeſſarij noſtrę Cõgregationis prçuio examine approbati ad confeſſiones audiendas in vrbe à Vicario dictę vrbis Romę, non debent examinari extra vrbem à locorũ ordinarijs, ſi confeſſiones fidelium voluerint audire, ſed ſufficit prçſentare eorum licẽtias Romæ habitas, & licentiam petere ab ipſis ordinarijs. Sixtus v. Congregationi Oratorij S. Marię in Vallicella de vrbe, anno Domini 1586. Nonis Septembris Pontificatus ſui anno 2. vt refert Stephanus Quaranta in Summa Bullarij Tit. confeſſor, vbi refert priuilegium de verbo ad

verbum, & ſimul declarationem Cõgregationis Illuſtriſsimorum Cardinalium ſuper Concilio Tridentino pro illius obſeruantia.

§. 10. CONfeſſarij noſtræ Congregationis abſoluendo excommunicatos in foro conſcientię, non tenentur ſeruare formam, quę obſeruatur in publicis abſolutionibus; ſcilicet flagellationẽ, cum Pſalmo Miſerere mei, &c. Leo x. Ordini Minorum, vt in eorum Compendio Tit. Abſolutio quo ad ſęculares primo §. 13.

§. 11. QVicunque ex vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus tempore à Iure ſtatuto confeſſarijs noſtrę Congregationis eorũ peccata cõfeſſi fuerint, eadem Parochialis Eccleſiæ Rectori iterum confiteri minime tenentur. Et aliter ſentientes, tanquam de hæreſi ſuſpecti damnantur; Et Inquiſitorib. hęreticę prauitatis contra pertinaciter id aſſe-

aſſerentes procedendi tribuitur facultas. Sixtus iv. Religioni Prędicatorum, vt habetur in Bulla Mariſmagni, quę eſt in collectione priuilegiorum Io: Baptiſtę Confecti, priuilegio primo ſub Sixto iv. Et in sūmario dictæ Bullæ §. 50. fol. mihi 336.

Tit. Aedificare.

§. 1. NVlli Religioſi, vel Eccleſiaſticę perſonę vtriuſque ſexus poſſunt nouas Eccleſias, & loca conſtruere, vel alias de nouo recipere, & habere iuxta loca, & Eccleſias Regularium Clericorum noſtrę Congregationis infra ſpatium cētum quadraginta cannarum per aerem menſurandarum, vbi alias commodè per terram menſurari non poſſunt. Clem. iv. & Sixtus iv. Ordini Carmelitarum, vt habetur in Compendio Minorum Tit. Ædificare §. 16. & 19. Hoc priuilegium Clem. iv. refert Io: Baptiſta Confectus ſub Clem. iv. priuilegio 3. collectione priuilegiorum.

Poſ-

§.2. POſſunt noſtri nouas Eccleſias, & loca conſtruere, & de nouo recipere & habere; & acceptas & cōſtructas retinere quamuis ſint vicina Monaſterijs vel Eccleſijs aliorum ordinum etiam Mēdicantium, intra ſpatium cētum quadraginta cannarum. Pius iv. Societati Ieſu, quod priuilegium incipit, Et ſi ex debito paſtoralis officij &c. ſub die 13. Aprilis 1561. Pontificatus ſui anno 2. & Gregorius xiij. cōfirmauit die 30. Octobr. 1576. quod incipit, ad perpetuam &c.

SCHOLIVM.

REquiritur tamen ex Concil. Trid. ſeſſ. vlt. de regularibus. cap. 4. Ordinarij licentia quando de nouo Eccleſiæ, & loca à Regularibus ędificantur. Et licet nos vti poſſimus ſupradicto priuilegio contra alios Ordines, dicta tamen Societas Ieſu, & alij Ordines vti non poſſunt contra nos: quia fundatur in negatione pręiudicij; Nobis autem, qui

neque

neque ex redditibus, neque mendicando viui- mus, ſed ex ſponte oblatis, & maximè à vici- nis, fit præiudicium, & propterea nos non comprehendit; Comprehendit tamen Mendi- cantes, quia poſſunt à longe vltra vicinam mendicare. Nec obſtat nobis dictio taxatiua, Tantum, quæ eſt in hoc priuilegio Greg. xiij. quia illa non obſtante poſſumus gaudere eorũ priuilegijs, etiam cum clauſula communica- tionis prohibitiuis; per priuilegium Grego- rij xiv. Congregationi S. Bernardi Hiſpaniȩ conceſſum, & nobis communicatum; quod eſt ſupra. §. 5. ante Tit. Abſolutio quo ad fratres noſtrȩ Congregationis.

§. 3. PEr priuilegium cõceſſum à Pau- lo V. Congregationi S. Mariæ Fulienſis, vt habetur in eorum compen- dio, Tit. Ædificare §. 2. Poteſt capitulum generale, & A. R. P. Generalis noſtræ Cõgregationis iuxta formam noſtrarum conſtitutionum, vbique locorum Mona- ſteria, domos, conuentus, oratoria, & alia quȩcunque loca iuxta Concil. Trid.

De-

Decreta, de ſola ordinariorum licentia, nullo aliarum perſonarum cuiuſuis Ordinis etiam Regularium requiſito conſenſu, conſtruere, fundare, & erigere, ac etiam per alios iam fundata, & erecta recipere; Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, priuilegijs quoq. indultis, & literis Apoſtolicis quibuſuis ordinibus & perſonis Regularium in contrarium pręmiſſorum conceſſis.

Tit. Alienatio bonorum.

§. 1. POſſunt noſtrę Congregationis Prępoſiti cum conſenſu duarum partium vocalium illius domus, quęcunque bona ſtabilia, immobilia cuiuſcunque quantitatis, qualitatis, & valoris, & in quocunque loco exiſtentia, & etiam mobilia pretioſa alienare, nulla petita facultate Sedis Apoſtolicę, iuxta conſtitutionem Pauli ij. ſed tãtum Prępoſiti Generalis; dummodo pecunia,

cunia, quæ ex venditione recipitur in Domorum noſtrarum ędificationem, vel reparationem, & earumdem neceſſitates conuertatur. Clemens vij. Ordini Minorum Regularium obſeruantiæ, vt habetur in eorum Compendio, Tit. Alenatio bonorum §. 7. Et Gregorius xiij. Eremitis Sancti Auguſt. vt refertur in Compēdio priuilegiorum Societatis Ieſu, Tit. Alienatio §. 2. Hæc priuilegia refert Io: Baptiſta Confectus in ſua Collectione priuilegiorum Mēdicantium, Priuilegio 6. ſub Gregorio xiij. & iij. ſub Clemente vij. Poſſunt etiam (ſi nolunt ſimpliciter dicta bona alienare) cenſus redimibiles imponere in dictis bonis, vel in emphiteuſim, vel ad tres generationes alienare abſque ſolemnitate, ſed modo, & forma, vt ſupra; Gregorius xiij. Societati Ieſu, quod incipit, ex debito paſtoralis officij ſub Nonis Auguſti 1582. Pontificatus ſui anno vndecimo.

Scho-

SCHOLIVM.

QVando Eccleſia non poteſt habere in commune, poteſt alienare ſine ſolemnitate, vt docet Stephanus Quaranta in Summa Bullarij, Tit. Alienatio rerum Eccleſiæ num. 32. & 41. limit. 6. & num. 43. Vide etiam Redoanum de rebus Eccleſiæ non alienandis. q. 19. num. 36. & q. 51. cap. 3. num. 4.

Tit. Apoſtata ab Ordine.

§. 1. NVLLI ex fratribus noſtris profeſſis licitum eſt ſine ſui Prælati licentia de noſtris domibus diſcedere: ſi quis verò diſcedere præſumpſerit, & à ſui Prælati obedientia recedere, & apoſtatare, ipſo facto excommunicationis ſententia eſt ligatus. Diſcedentem vero abſque licentia à ſuo Prelato in ſcriptis obtenta, nullus poteſt excipere, aut retinere; Et ſi quis forſitan excipere, vel retinere auſus fuerit

fuerit, eſt etiam ipſo iure excommunicatus. Innoc. viij. Ordini Minorum, vt habetur in eorũ cõpendio, Tit. Apoſtata ab ordine. §. 22. & Eugenius iiij. Congregationi Sancti Bernardi Hiſpaniæ, ut habetur in eorum compendio, Tit. Apoſtata §. 1. & refertur in compendio priuilegiorũ Cógregationis S. Mariæ Fulienſis, in Tit. Apoſtata §. 1. cum hac conditione, vt recipientes Apoſtatas tunc incurrant excõmunicationem ipſo facto, quando poſtquam fuerint requiſiti intra trium dierum ſpatium, cum effectu dictum Apoſtatam ad proprium monaſterium nõ remiſerint; Si vero habitum dimiſerit, eſt etiam de iure communi excommunicatus per tex. in cap. vt periculoſa, Ne clerici vel Monaci in 6.

§. 2. Congregationis noſtræ Prælati, quarumcunq. literarum Apoſtolicarum prętextu, (niſi his pręſentibus ſpecialiter, & expreſsè derogatur) ad recipiendum noſtros fugitiuos cogi nõ poſſunt

ſunt. Iulius ij. Canonicis Regularibus Sancti Saluatoris Lateranenſis, vt habetur in compendio priuilegiorum Congregationis Sanctę Mariæ Fulienſis in Tit. Eijcere §. 3. Vide de hac materia infra Tit. Eijcere.

§. 3. APoſtatę qui non fuerint in noſtram Congregationem recepti, ſed ab ea expulſi, poſſunt tranſire ad quemcumq. alium Ordinem, pręterquam Religioſorum arma portantium. Inno. iv. Ordini Minorum, vt habetur in eorum compendio Tit. Eijcere §. 2.

Tit. Appellatio.

§. 1. GEneralis noſtræ Congregationis poteſt ſuum officium exercere, reiecta quauis ſuorum ſubditorum appellatione. Sixtus iv. Generali Fratrum Carmelitanorum, vt habetur in compendio Minorum Tit. Generalis ordinis. §. 11. & 12. & Tit. Appellatio.

Nul-

§. 2. NVlli de noſtra Congregatione licet appellare ad ſuperiores extra Religionem, etiam ad S. Pontificẽ, & ſedem Apoſtolicam, ab inſtitutis, ordinationibus, correctionibus, & mandatis Generalis Congregationis. & Præpoſiti Generalis niſi de ſpeciali S. Pontificis licentia; Appellationes deſuper pro tempore interpoſitę, & inde ſequutæ, irritæ habentur. Iulius ij. Canonicis Regularibus S. Saluatoris, vt habetur in compendio priuilegiorum Societatis Ieſu Tit. Appellatio.

§. 3. REgulares ad Vrbem accedentes ſine licentia ſuorum ſuperiorum ſub prętextu appellationis, poſſunt à ſuis ſuperioribus ſeueriori pęna plecti, niſi obſeruent formam Decreti Clementis viij. Nempe appellando à Præpoſito ad Generalem. Hoc Decretum incipit, Quoniam non nulli &c. & illud refert Stephanus Quaranta in compendio Bullarij, ſub Tit. Monaſteria & conuentus,

§. 4. FRatribus noſtræ Congregationis in virtute ſanctæ obedientiæ inhibitum eſt appellare extra Congregationem etiam ad conſeruatores, ab Alexandro iv. Ordini Ciſtercienſi priuilegio 34. contrafacientes Congregationis rigori ſubijciendo. Et Innocent. viij. Priuilegio 115. eidem ordini Ciſtercienſi, motu proprio declarauit, huiuſmodi appellantes, cenſuram & pęnam excommunicationis ipſo facto incurrere, ac pro talibus ab omnibus publicari debere, appellationeſq. nullas, & inanes fuiſſe, & eſſe; & propterea ipſis iudicibus ad quos appellatum eſſet inhibet. ita habetur in cōpendio priuilegiorum Cōgregationis S. Mariæ Fulienſis, Tit. Appellatio §. 2. Vide de hac materia, infra Tit. correctio.

Tit. Benedicere.

§. 1. PRæpoſiti noſtræ Congregationis, & in eorum abſentia quilibet

bet habens principale regimen cuiuſcunque monaſterij poſſunt ſolemni benedictione benedicere omnes ſuas Eccleſias, Oratoria, paramenta, corporalia, ornamenta, & alia quęcunque ad diuinum cultum, & vſum Congregationis neceſſaria in quibus Chriſma non interuenit. Ac Eccleſias pollutas reconciliare aqua per ipſos benedicta, ſi Epiſcopus qui illam benedicat, diſtat vltra dietas duas. Leo x. & alij Pontifices Minoribus, vt habetur in eorum compendio Tit. Benedicere.

§. 2. PRæpoſiti noſtræ Congregationis, & in eorum abſentia quilibet habens principale regimen cuiuſcunque noſtræ domus & Eccleſię poſſunt ſolenni benedictione benedicere paramenta, corporalia, ornamenta, & alia quęcunq. ad diuinum cultum pertinentia vndecunq. eis delata, etiam ad vſum noſtrarum Eccleſiarum non pertinentia. Innocentius viij. S. Iuſtinæ de Padua, ut habe-

tur in compendio Societatis Ieſu Tit. benedicere §.2.& compẽdio Minorum eod. Tit. Et notat Capuccinus in ſuis Adnotationibus in compendio Minorum Tit. benedicere Eccleſiaſtica.

§.3. PEr priuilegium conceſſum Auguſtinianis quarumdam congregationum obſeruantiæ ab Inno. viij. viſitatores noſtræ Congregationis, poſſunt benedicere corporalia, vt refertur in cõpendio Minorum Tit. Benedicere. §.8.& compendio priuilegiorum S. Mariæ Fulienſis Tit. Benedicere. §.2.

§.4. OMnes Sacerdotes noſtræ Congregationis poſſunt benedicere omnia ornamenta Eccleſiæ, & Altariũ, exceptis corporalibus. Sixtus iv. Minoribus de obſeruantia, vt habetur in illorum compendio Tit. Benedicere. §. 4. Et in compendio congregationis S. Mariæ Fulienſis eod. Tit. §. 3.

Tit. Bulla Cęnæ Domini.

§.1. NOn tenentur noſtri habere ſigillatim apud ſe tranſumptum Bullæ Cęnę Domini, ſed ſatis eſt ſi habeatur vnum publicè in ſingulis Monaſterijs, vt ab omnibus legi poſſit, Pius v. Societati Ieſu per viuę vocis oraculum, vt habetur in eorum cõpendio, Tit. Bulla Cęnæ Domini §.1.

Tit. Calices & Corporalia.

§.1. OMnes fratres tam Clerici, quam Laici noſtræ Congregationis ſine ſcrupulo conſcientiæ poſſunt tangere Calices, & corporalia, & alia paramenta, cum reuerentia tamen. Sixtus iv. Ordini Minorũ, & Caliſtus iij. vt habetur in eorum compendio Tit. corporalia §. 1. & 2. Et Tit. ornamenta Eccleſiaſtica. §. 3. & Tit. Laici. §. 1. Et Sixtus iv. Ordini Eremitarum,

 dum-

dũmodo ſint in ſacriſtas deputati, vt habetur in collectione priuilegiorũ Io: Baptiſtæ Confecti, priuilegio 9. ſub Sixto iv. ſed precedentia priuilegia ſunt abſq. hac limitatione conceſſa.

SCHOLIVM.

Hoc priuilegio vti non debent noſtri, niſi ex licentia Superioris.

Tit. Canonica Portio.

§. 1. Noſtra Congregatio nulli tenetur aliquid dare de quibuslibet rebus eis oblatis vel relictis. Nicolaus v. Fratribus Carmelitanis, vt habetur in Compendio Minorum Tit. Canonica portio §. 5. & per totum. Et ſi aliquando aliqua immobilia vel redditus poſſideret, nullam. Decimam etiam Papalem ſoluere teneretur, aut canonicam portionem, aut ſubſidium. Paulus iij. Societati Ieſu, Et Pius iv. vt habetur in eorũ

com-

compendio Tit. Priuilegia. §. 1. & in Bulla Maris magni, quæ habetur in collectione priuilegiorum Io: Baptiſtæ Confecti prima ſub Sixto iv. & §. 31. eius ſummarij.

Tit. Communicare.

§. 1. OMnes Chriſti fideles, quouis anni tempore Rectorum Parochialium Eccleſiarum licentia minime requiſita, poſſunt à noſtris ſacramentum Euchariſtiæ recipere pręterquam in die Paſchę Reſurrectionis Dominicæ, & in mortis articulo, niſi neceſſitas vrgeat. Nicolaus v. & Sixtus iv. Ordini Minorum, vt habetur in eorum compendio, Tit. communicare §. 4. & 5. Et Paulus iij. Societati Ieſu, vt habetur in eorum compendio Tit. Euchariſtia.

Per

§. 2. PEr priuilegium Pauli iv. & Pij v. noſtrę Congregationis conceſſum, vt habetur in Priuilegijs manu ſcriptis & confirmatis Anno Domini 1567. Idibus Februarij, poſſunt noſtri qui idonei ſunt Sacramentum Euchariſtiæ miniſtrare, in omnibus, & ſingulis etiam ad nos non ſpectantibus Eccleſijs quibuſcunque vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus.

SCHOLIVM.

ADuerte, quod quamuis hoc priuilegium abſque limitatione diei Paſchę ſit nobis conceſſum, tamen in illo hic non intelligitur conceſſum communicare, Quia inſolita in generali conceſſione non veniunt, niſi ſpecialis mentio de illis facta ſit. capit. fin. de Offi. Vicarij libr. 6.

Nota etiam quod Eugenius iij. declarauit, optime Iuri ſatisfactum eſſe, & canoni ſuæ Decretali omnis vtriuſque ſexus, ſi in hebdoma-

domada ſancta, vel infra octauam Paſchæ Reſurrectionis Dominicæ fideles ſacroſanctũ Euchariſtiæ ſacramentum ipſi accipiant; vt habetur in compendio priuilegiorum Minorum Tit. Comunicare §. 1.

Quæritur ad hoc propoſitum, An aliquis poßit in noſtris Eccleſijs Euchariſtiæ ſacramentum ſumere in die Paſchæ pro ſua deuotione, poſtquam in propria parochiali Eccleſia compleuerit præceptum Eccleſiæ in aliqua die in Hebdomada ſancta: Et Nauar. in Man. cap. 21. num. 52. dicit quod non, cum in illo die ſit religioſis prohibitum miniſtrare Euchariſtiæ ſacramentum; quem ſequitur Hieronymus Sorbus Capuccinus in ſuis adnotationibus ad compendium priuilegiorum minorum Tit. Communicare, Niſi ex prȩſumpta voluntate, & licentia proprij Parochi; Quæ præſumi poteſt, quia nunquam ſolent denegare talem licentiam, poſt quam ſatisfactum eſt præcepto Eccleſiæ in ſuis Parochijs; At contra Nauarrum ſentit Emanuel Rodericus in ſuis queſtionibus regularibus. tit. 1. q. 56.

art.

art.3.dicens, quod intentio Pontificum non erat excipere diem Paſchatis materialiter, ſed formaliter pro ut præceptum eſt à lege. Vtraque opinio eſt probabilis.

Quæritur præterea, An virtute dictorum priuilegiorum licitum ſit nobis miniſtrare Sacramentum Euchariſtiæ in die Paſchatis, Vagis, Aduenis, & Peregrinis, qui in eo loco minimè habitationis parochiam contraxerũt, quia nec habitarunt, nec animum habitandi habent maiori anni parte; Et Sanchez de matrimonio.tit.1.lib.3.diſp.23.num.17.docet eſſe licitum; Et ratio eſt quia ea limitatio diei Paſchatis fuit in Parochorum fauorem poſita, quo eis non inferretur iniuria: ſed in hoc caſu non irrogatur iniuria Parocho, cum Vagi & alij ſupradicti Parochia careant: Ergo exceptio illa non comprehendit hunc caſum; Secundo probatur, quia ex tacita licentia proprij Parochi abſentis miniſtratur Euchariſtia his Peregrinis &c. Sed in contrarium eſt Decretum Eugenij iv.dicentis hos adipiſci incolatum quo ad ſacramenta

Con-

Confeſſionis, & Communionis tempore Paſchatis, licet ibi modico tempore ſteterint; Ita refertur in compendio priuilegiorum Mendicantium Tit. Abſolutio primo quo ad ſeculares. §. 5. Præterea dici poteſt hos teneri confluere ad Eccleſiam Cathedralem & Matricem, quia videtur eſſe Parochia vniuerſalis totius Diœceſis; Et licet ipſe Sanchez vbi ſupra conetur reſpondere tam Decreto Eugenij iv. quam dictæ Rationi, tamen eius reſponſiones mihi non ſatisfaciunt.

§. 3. PResbyteri noſtræ Congregationis Sacramentum Euchariſtiæ etiam pro viatico conſtitutis in articulo mortis, & Sacramentum Extremę vnctionis miniſtrare poſſunt cęteris Clericis, & Fratribus noſtræ Congregationis; Item Mercenarijs, Famulis, Operarijs, & ſeruis noſtræ Congregationis, ac quibuſuis Hoſpitibus etiam ſecularibus, & extraneis, quos in locis, vel in habitationibus Congregationis noſtræ tunc reperiri contigerit; Et in mortis articulo,

&

& quoties de illo dubitari cõtigerit, Etiã Diœceſanorum locorum, & Sacerdotum Curatorum quorumcunque, etiam in quorum Ciuitatibus, & Diœceſibus, ac Eccleſiarum Parochijs reſpectiuè Eccleſię, & loca ipſius Congregationis, nũc & pro tempore fuerint, aut aliorum quorumcunque licentia minima obtenta, nec petita. Et in caſu quo non daretur licentia petẽndi ſpacium propter repentinam neceſſitatem, poſſunt ſacramenta ſupradicta miniſtrare etiam alijs quibuſcunq. infirmis, etiam in mortis articulo conſtitutis, vbique in caſu neceſſitatis ſupradicto; etiam nulla ad hoc per nos petita, nec nobis conceſſa licentia. Pius iv. noſtræ Congregationi, & confirmatum a Pio v. anno Domini 1567. Idibus Februarij, vt patet in noſtris priuilegijs manuſcriptis.

SCHOLIVM.

CVm hoc quod dictum eſt in prœcedenti. §. à verſic. Et in caſu quo &c. concordat

dat Emanuel Rodericus in ſuis Quæſtionibus Regularibus. tit. 1. *q.* 56. *ar.* 5.

Tit. Communicatio Priui-legiorum.

clauſula etiam non communicetur vide fol 5

§. 1. QVæcunque Moniales commiſſæ fuerint gubernationi noſtræ Congregationis, gaudent priuilegijs conceſſis, & concedendis noſtræ Congregationi; Bonifacius viij. Fratribus Minoribus, vt habetur in eorum compendio Tit. Communicatio priuilegiorum. §. 6.

§. 2. COmmunicatio Priuilegiorum aliorum Ordinum noſtrę Congregationi facta, extenditur etiam ad viuę vocis oracula, ab eis impetrata, vel donata. Iulius ij. Fratribus Auguſtinianis, vt habetur in compendio Minorum Tit. Communicatio Priuilegiorum §. 25.

Vide

Vide de hac materia infra Tit. Oracula viuę vocis §. 1.

§. 3. PRæpoſiti inferiores poſſunt de licentia P. Generalis communicare quibuſuis profeſſis noſtræ Congregationis Gratias ſibi communicatas à Generalibus. Iulius iij. Societati Ieſu, vt habetur in eorum compendio Tit. Cõmunicatio Gratiarum. §. 1.

§. 4. SAcerdoti Nouitio, non minus quam profeſſo communicari poteſt facultas abſolnendi externos, vt docet Herriquez lib. 7. capit. 22. num. 7. vbi allegat Claud. v. communio. §. 5. & Bern. in verbo Gratia. §. 3. Felician. in tractatu de cenſuris Tit. de priuilegijs. c. 15. & 16. & 19. Horat. Mandos. de priulegijs ad inſtar glo. 2. in fine, & glo. 7. num. 36. Et Additione num. 32. De hac materia vide infra Tit. Nouitius. §. 1.

SCHOLIVM.

IN noſtris autem Conſtitutionibus.par.2. cap.5.adeſt hæc Conſtitutio; Si quis Nouitius ſit Sacerdos, nulla ratione confeſſionibus audiendis exponatur.

§. 5. FAtres noſtræ Congregationis ſunt participes omnium ieiuniorum, ac aliorum quorũcunque ſpiritualium bonorum, & piorum operum, quæ in omnibus Religionibus, ac vbicunque in toto Orbe pro tempore fiunt, per communicationes cum alijs Religionibus, & Ordinib. Iulius iij. Confraternitati Charitatis de Vrbe, & Hoſpitali S. Spiritus in Saxia, vt in priuilegijs impreſſis f. 135. & 140. & in compendio priuilegiorum Congregationis S. Mariæ Fulienſis Tit. communicatio gratiarum §.9.

Tit. Communicatio.

§. 1. Confeſſarij noſtræ Congregationis poſſunt commutare omnia vota etiam ſecularib. exceptis Vltramarinis, Petri & Pauli de Vrbe S. Iacobi in Compoſtella, Caſtitatis, & Religionis. Eugenius iv. Monachis S. Benedicti, vt habetur in compendio priuilegiorum Minorum Tit. Abſolutio, quo ad ſeculares 2. §. 16. & 19. Paulus iij. Societati Ieſu, vt habetur in eorum compendio Tit. Commutatio. §. 1. Et Sixtus v. Congregationi Oratorij S. Marię in Vallicella de Vrbe, vt refert Stephanus Quaranta in ſumma Bullarij Tit. Confeſſor. Et ſupradictum priuilegium conceſſum Societati Ieſu habetur in collectione priuilegiorum Io. Baptiſtę Confecti, priuilegio 3. ſub Paulo iij.

§. 2. Supradictam facultatem cum eadem exceptione extendit Gre-

gorius

gorius xiij. ad vota iurata, Dummodo commutatio non fiat in pręiudicium tertij. Gregor. xiij. Societati Ieſu, in priuilegio quod incipit, Decet Romanum Pontificem ſub nu. 143. expedito die 13. Maij 1575. Pontificatus ſui anno 3. & habetur in eorum compendio Tit. commutatio §. 1.

SCHOLIVM.

QVid poſſit fieri per ſupradicta priuilegia circa commutationem votorum Caſtitatis, & Religionis, Vt Exempli Gratia, An commutari poſſit votum temporale caſtitatis vt ad annum; An votum ſtrictioris Religionis commutari poſſit, vt ad laxiorem tranſeat; An vota pęnalia Caſtitatis et Religionis commutari poſſint ante vel poſt impletam conditionem: & ſimilia dubia explicat latè Sanchez. tit. 3. de Matrimonio libr. 8. diſp. 15. à num. 4. vſq. ad finem diſput. & diſp. 16. per totam.

§. 3. PRepoſiti noſtrę Congregationis poſſunt commutare vota ſimplicia ingrediendi aliam religionem, etiam determinatam, & arctiorem, in vota cõſueta noſtrę Congregationis; Dummodo ſi à Religione recedant ante profeſſionem, commutatio nulla ſit. Eugenius iv. Congregationi Caſſinenſi S. Benedicti, Leo x. Camaldolenſibus, & alijs Ordinibus, vt habetur in compendio priuilegiorum Societatis Ieſu Tit. Commutatio, & in compendio Minorum Tit. Nouitius, & Tit. Diſpenſatio §. 28, habetur etiam in annotationibus Capuccini Tit. Votum, & in compendio priuilegiorum Sancti Hieronymi Hiſpaniæ Tit. Nouitius. §. 2.

SCHOLIVM.

DE iſtis priuilegijs mẽtionem facit Sayrus lib. 6. Clauis Regiæ, cap. 9. nu. 14. verſic. Dixi autem &c.

Ad-

Aduertendum quoque eſt, quod cum noſtri Confeſſores habẽt facultatem cõmutandi vota, & diſpenſandi in illis virtute priuilegiorum, non debent nec poſſunt hoc facere niſi in Sacramento Pęnitentiæ: Similiter & illi qui virtute alicuius Bullæ commutant, et diſpenſant; ita docet Corduba in ſumma q. 152. & Hieronymus Sorbus Capuccinus in ſuis annotationibus ad compendium priuilegiorum Minorum Tit. Votum. Non deſunt tamen aliqui, qui aliter ſentiant, nempe commutari, & diſpenſari poſse extra confeſsionem, vt docet Sanchez de Matrimonio. tit. 3. libr. 8. diſp. 16. num. 11. ſed tutior eſt prima opinio, & in praxi obſeruatur.

Noſtri vero ſuperiores erga ſuos ſubditos poſſunt commutare, & diſpenſare etiam in foro exteriori: Quia hoc faciunt per viam authoritatis, & ordinariæ poteſtatis, quemadmodum Epiſcopi erga ſuos ſubditos.

§. 4. PRæpoſiti noſtrę Congregationis poſſunt commutare legata

facta locis noſtris ad vnum vſum in aliũ, ſine ſcandalo tamen illorum ad quos ſolutio talium legatorum pertinet. Sixtus Quartus Ordini Minorum; Vel facta in vno loco transferre in alium locum, vbi ſit indigentia, (ſed hoc facere poteſt ſolus Præpoſitus Generalis) Leo x. Ordini Minorum, vt in eorum compendio, Tit. Eleemoſynę. §. 14. Quem conceſſionem idem Leo ampliauit ad donationes factas inter viuos, ſi tamen (vt dictum eſt) non ſequatur ſcandalum, vt habetur in compendio Minorum, Tit. commutare. §. 1. & 2. & Tit. Legata. §. 1.

Tit. Confeſſarius.

§. 1. COnfeſſarij noſtrę Congregationis debitè expoſiti ad audiendas ſecularium confeſſiones, licet nullo literarum gradu ſint inſigniti, aperire poſſunt, cum licentia A. R. P. Generalis, vel eorum qui deſignati ſunt à dicto P. Generali literas ſacrę

crę

cręp ęnitentiarię, Magiſtris in Theologia, vel in iure canonico Doctorib. deſtinatas; & auditis confeſſionibus ad eos recurrentium, impoſitaque pęnitentia in literis expreſſa, vel de iure imponenda, ac in foro conſcientiæ quaſcunque, ſiue verbo, ſiue ſcripto miſſas abſolutiones, diſpenſationes, ac pęnitentiarum iniunctiones excipere, & exequi. Gregorius xiij. Societati Ieſu, quod priuilegiũ incipit. Exponi nobis nuper feciſti, &c. ſub die 3. Aprilis 1582. ſui Pontificatus anno 10. nume. 198. vt habetur etiam in compendio Minorum, tit. confeſſiones, & confeſſores in annotationibus Capuccini; & in compendio Sancti Hieronymi Hiſpanię, Tit. confeſſor §. 2. Emmanuel Rodericus in ſua collectione priuilegiorum, Buila 23. ſub Gregorio xiv. refert de verbo ad verbum hoc priuilegium.

priuilegiorum quibuſuis Religionib. cõceſſorum, abſq. vlla limitatione (de quo facta eſt mentio ſupra §.4. ante Tit. Abſolutio, quo ad fratres noſtræ Congregationis.) Vltimo loco fuerunt confirmata à Clem. viij. die 13. Iunij 1592. cum hac clauſula dummodo ſint in vſu, aut ſub aliqua ſuſpenſione, vel reuocatione non comprehendantur. Vide de hac materia in Scholio, quod eſt ſupra ante Tit. Abſolutio, quod ad fratres noſtræ Congregationis.

Tit. Conſeruatores.

§. 1. PAtres noſtræ Congregationis, in quibuſcunque cauſis, tam ciuilibus, quam criminalibus, ac mixtis, etiam in eis, in quib. actores, vel conuenti rei forent, contra quaſcunque Communitates, & Collegia, & contra quaſcunque perſonas eccleſiaſticas, vel ſeculares, poſſunt eligere, & aſſumere in ſuos Conſeruatores, & Iudices.

dices, omnes & ſingulos Archiepiſcopos, Epiſcopos, eorumque Vicarios, Canonicos, vel alias perſonas in Eccleſiaſtica dignitate cõſtitutas, qui ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, ſed ſimpliciter, ſummariè, & de plano cognoſcant, & determinent ſuas cauſas (niſi eis videbitur, quod Iudicialem requirant indaginem) & appellatione poſtpoſita per cenſuras Eccleſiaſticas compeſcere contradictores, Greg. xiij. Societati Ieſu, in priuilegio quod incipit, ęquum reputamus &c. ſub die 8. Calendas Iunij. 1572. Pontificatus ſui anno primo; Quodque refert de verbo ad verbum Emmanuel Rodericus in ſua collectione priuilegiorum Bulla 18. ſub Gregorio xiij. Idem conceſſit Martinus v. Ciſtercienſibus, priuilegio 76. vt refertur in compendio priuilegiorum Sanctę Marię Fulienſis, Tit. conſeruatores. §. 1. cum hac additione (etiam ſine ordinariorum, ſeu aliorum quorumcunque Prælatorum conſenſu) Qui conſeruatores tenentur illas accipe-

re,

re, & exequutioni mandare, non aliter, quam ſi ſpecialiter à principio eiſdem directę fuiſſent. Leo x. Congregationi Camaldulenſi, vt refertur in compendio priuilegiorum Congregationis S. Mariæ Fulienſis in Tit. Conſeruatores §. 2. & 3. Quod ſi huiuſmodi officium acceptare, & exequi neglexerint, excommunicationis latę ſententię pęnam incurrunt, cuius abſolutio Sanctiſſimo Pontifici eſt reſeruata. Pius v. Ordini Prędicatorum conceſſum die 23. Septembris 1571. vt refertur in compendio Congregationis Sanctę Mariæ Fulienſis, Tit. conſeruatores §. 8. poſſunt etiam alios aſſumere, licet Congregatio habeat Iudices deſignatos Clem. vij. Ordin. Minorum, vt habetur in eodem compendio 4. eiuſdem Tit.

SCHOLIVM.

De officio & poteſtate Conſeruatorum vide latè per Io: Baptiſtam Confe-

ctum

Tit. Correctio.

§. 1. PRęlati noſtræ Congregationis iuris ordine poſtpoſito, poſſunt Fratres noſtræ Congregationis (quod abſit) delinquentes corrigere, & punire, ſecundum conſuetudines approbatas, & Conſtitutiones noſtræ Congregationis, Nec licet noſtris ab eiſdem correctionibus, & punitionibus aliquatenus appellare; præuia tamen in hoc deliberatione, ac maturitate debita obſeruata. Bonifacius viij. Ordini Minorum, & Bonifacius ix. Ordini Prędicatorum, vt habetur in compendio Minorum Tit. Correctio fratrum §.6.& 8.

SCHOLIVM.

INtelligitur id de appellatione ad Superiores extra Religionem, vt dictum eſt in ſupra Tit. Appellatio.

Præ-

§. 2. PRæpoſitus General. in criminib. grauioribus, ſi res ipſa exegerit, poteſt noſtros torturæ ſubijcere; (cum moderamine tamen) Nicolaus v. Ordini Minorum, vt habetur in eorum compendio, Tit. Correctio fratrum §. 6. 8. & 12. Vide de hac materia ſupra Tit. Appellatio.

§. 3. NOn obſtante cap. vniuerſitatis de ſententia excommunicationis, Prælati noſtrę Congregationis poſſunt ſuos ſubditos (cauſa correctionis) verberare, & diſciplinare per manus ſuas, vel cuiuſuis ex noſtris fratribus Alex. vj. & Leo x. Ordini Minorum, ut habetur in eorum compendio Tit. correctio fratrum. §. 15. & 17. Et per priuilegium Eugenij iv. conceſſum Conuentui; de Guadalupo, vt habetur in compendio priuilegiorum S. Hieronymi Hiſpaniæ Tit. verberare, Præpoſitus noſtrę Congregationis, vel ipſo abſente Vicarius dictæ Domus pro tempore exi-

ſtens

ſtens, fratres eiuſdem domus profeſſos, & nõ profeſſos, in ſacris Ordinib. Conſtitutos, præſentes, & futuros, per ſe, vel per alios noſtræ Congregationis fratres Clericos, vel Cõuerſos, etiam pro leuib. culpis verberare, corrigere, & caſtigare licitè, & liberè poteſt abſque ſcrupulo.

§.4. CApitulũ Generale noſtræ Congregationis, & etiam Generalis Prępoſitus cum conſilio conſultorum poteſt delinquentes fratres noſtræ Congregationis in caſibus, in quibus de iure Communi ad mortem damnãtur, perpetuo incarcerare, vel eos in perpetuum, aut ad tempus ad triremes relegare, & condemnare, & in alijs delictis grauibus, aut grauiſſimis, veluti inobedientiæ, contumatiæ, ſeu incorrigibilitatis eos etiam vſque ad priuationem habitus incluſiuè punire, & caſtigare. Pius v. Ordini Sancti Hieronymi anno 1566. vt refert Capuccinus in ſuis annotationibus ad compendium priuilegiorum Minorum Tit.

eijce-

SCHOLIVM.

IN *Conſtitutionibus noſtris pro re graui declarandis (ſi quæ forte dubitationes oriantur) à P. Generali, Conſultorum conſenſus debet adhiberi, pa. 3. cap. 5. verſ. Nam licet fol. 75.*

§. 2. PErſonę noſtrę Congregationis, quando in re aliqua redduntur ancipites ſuper priuilegijs, & gratijs conceſſis, & concedendis, ſecundum æquitatem in fauorem ſalutis animarum, non autem ſecundum Iuris rigorem, & Doctorum ſubtilitates intelligere poſſunt. Sixtus iv. Canonicis Regularibus Sancti Saluatoris, vt in eorum priuilegijs manu ſcriptis fol. 51. Et refertur in Compendio Societatis Ieſu Tit. Priuilegia. §. 10. Vide de hac materia infra, Tit. Priuilegia. § .3.

§.3. CApitulum Generale dumtaxat habet poteſtatem declarandi dubia quę occurrerint circa Diuini Officij celebrationem. Leo x. Ordini Minorum, vt habetur in eorum Compendio Tit. Declarare. §. 3. & Tit. Officium Diuinum primo §. 11.

§.4. PRæpoſitus Generalis noſtrę Cõgregationis poteſt arbitrari, quę res debeant viles, & parui valoris reputari, ad hoc vt res huiuſmodi poſſint dari intra, & extra Congregationem; Leo x. Ordini Minorum, vt in eorum Compendio, Tit. Dare. §. 2.

De hac materia vide infra, Tit. Præpoſitus. §. 2.

Tit. Diſpenſatio.

§.1. PRępoſitus Generalis noſtræ Congregationis in foro conſcientiæ quo ad Irregularitatem cum perſonis noſtrę Congregationis

nis poteſt diſpenſare in omni Irregularitate, etiam in caſibus reſeruatis D. N. Papæ, ſcilicet in homicidio, in membrorum obtruncatione, & in enormi ſanguinis effuſione contracta, Dummodo factũ horum trium notorium Iulius ij. Ordini Prędicatorum, vt habetur in libro Priuilegiorum eorumdem fol. 173. Et refertur in Compendio Minorum Tit. Diſpenſatio, poſt Adnotationem Capuccini, vbi dicitur: Ex priuilegijs Congregationis Sancti Bernardi, verſ. Poteſt Prior Generalis.

§. 2. PRæpoſitus Generalis noſtrę Cõgregationis, cum perſonis noſtrę Congregationis poteſt diſpenſare in foro conſcientię in Irregularitate contractu ex homicidio voluntario, dummodo non ſit commiſſum poſt ingreſſum noſtrę Congregationis, & maneat in noſtra Religione. Pius v. Congregationi Caſſinenſi (cum clauſula) non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis, ac Prouincialib.

vel Synodalibus Concilijs, Anno Domini 1571. Idibus Ianuarij.

§. 3. PEr Priuilegium Martini v. Priori Sancti Benedicti Vallis Oleti, & virtute extenſionis poſtea factæ omnibus Prioribus Congregationis Hiſpaniæ, eamdem facultatem diſpenſandi in caſibus ſupradictis habent omnes Præpoſiti noſtræ Congregationis erga ſuos ſubditos, vt refertur in Compendio Minorum, Tit. Diſpenſatio. §. 24.

§. 4. COnfeſſarij noſtræ Congregationis audientes confeſſiones fratrum cum licentia ſuperioris poſſunt in abſolutionibus vti hac forma, videlicet poſt Miſereatur, &c. & Indulgentiam, &c. Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego authoritate ipſius, ac beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli mihi conceſſa, abſoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris vel minoris, ſuperioris, & Interdicti, Et diſpen-

ſpenſo tecum in omni irregularitate quã quomodocunque incurriſti, & reſtituo te ſanctis Sacramentis Eccleſiæ, vnionique & participationi fidelium, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Clemens vij. noſtræ Congregationi; Idẽ confirmauit Pius v. Anno Domini 1567. Idibus Februarij.

§. 5. PRæpoſitus Generalis noſtrę Cõgregationis tam in foro conſciẽtię, quam in foro exteriori poteſt cum ſuis ſubditis diſpenſare ſuper quacunq. Irregularitate quomodolibet proueniẽte, (prẹterquam ex homicidio voluntario, aut prẹſtatione auxilij vel fauoris huiuſmodi homicidio, aut ex Bigamia) ita vt illa non obſtante, ad omnes Ordines etiam ſacros, ac etiam Prẹsbiteratus promoueri poſſit. Iulius ij. Generalibus Ordinis Minorum, vt habetur in eorum Cõpendio Tit. Diſpenſatio. §. 21. & Paulus iij. Societati Ieſu: ſed in hoc priuilegio Pauli iij. adẹſt limitatio non ſolum ho-

micidij voluntarij, & Bigamiæ, ſed etiam mutilationis membrorum, vt habetur in eorum Compendio Tit. Diſpẽſatio. §. 5. Et Sixtus iv. Ordini Prędicatorum & Minorum, vt habetur in eorum Compendio, Tit. Diſpenſatio. §. 12. & 13.

§. *6.* GEneralis noſtræ Congregationis per ſe, vel per alios per eum pro tempore deputatos poteſt eos qui ſub eius obedientia degunt ſi inhabilitatis, & infamię maculam contraxerint ante, vel poſt ingreſſum in noſtra Congregatione, rehabilitare, & cum abſterſione inhabilitatis, & infamiæ maculę diſpenſare; Pius v. Abbatibus, & Prędatis Congregationis Caſſinenſis anno 1571. Idibus Ianuarij, & Gregorius xiv. Clericis Regularibus miniſtrantibus infirmis Anno Domini 1591. vndecimo Kalendas Octobris.

§. 7. GEneralis Prępoſitus, & de eius licentia Prępoſiti inferiores alio-

aliorum locorum poſſunt cum perſonis noſtrę Congregationis defectum natalium etiam ex adulterio, ſacrilegio, inceſtu, & quouis alio nefario, illicito, & damnato coitu proueniente patientibus diſpenſare, poſtquam in noſtra Congregatione vota emiſerint; ita vt defectu huiuſmodi non obſtante, ad quoſcunq. ſacros etiã Presbiteratus Ordines promoueri poſſint, & in illis miniſtrare.

Nec non ad quaſcunque adminiſtrationes, perſonatus prçeminentias & officia noſtræ Congregationis, eligi, admitti, & aſſumi, illaq. gerere, & exercere poſſint. Gregorius xiv. Clericis Regularibus miniſtrãtibus infirmis Anno Domini 1591. vndecimo Kalendas Octobris, & Paulus iij. Societati Ieſu, vt habetur in eorum Compendio Tit. Diſpenſatio. §. 5. & Sixtus iv. Ordini Minorum.

Et per priuilegium eiuſdem Sixti iv. Ordini Prędicatorum, vt habetur in Cõ-

pendio Minorum Tit. Diſpenſatio. §. 12. & 13. habent eãdem facultatem non ſolum Generalis Præpoſitus, ſed etiam omnes alij inferiores Prępoſiti domorũ noſtrorum Congregationis, & eorum locum tenentes in eorum abſentia.

SCHOLIVM.

Nota primo, quod ſupradicta facultas quamuis per Bullam Sixti V. quę incipit, Cum de omnibus &c. fuerit reuocata, tamen per aliam Bullam Gregorij xiv. quę incipit circumſpecta, fuit in priſtinum ſtatum reualidata: Et dicta Bulla Sixti iv. ad terminos Iuris redacta & moderata.

Secundo nota, quod Gregorius xiij. in dicta Bulla quæ incipit Circumſpecta Romani Pontificis, &c. prohibet expreſsè, ne facile illegitimus in Religione in qua pater ſiue ante, ſiue poſt natiuitatem dicti filij profeſſus fuerit, ipſo patre viuente admittatur, vt refert etiam Hieronymus Sorbus Capucci-

nus

nus in ſuis adnotationibus in compendio Minorum Tit. Diſpenſatio, verſic. Dummodo tamen.

Tertio nota, quòd quamuis ingreſſus Religionis ſine diſpēſationé habilitet ingredientem illegitime natum, quo ad Ordines ſuſcipiendos, non tamen habilitat quo ad Dignitates et Officia abſque diſpenſatione, vt probat glo. in cap. fin. de filijs presbiterorum; Vnde non poteſt eligi in Superiorem abſq. diſpenſatione. Idem Capuccinus vbi ſupra; Et electio facta non habita prius diſpenſatione eſſet nulla. cap. innotuit, &c. cum vinctor de Electione.

Quarto nota, quod ſupradicta facultas diſpēſandi cum illegitimis ad Dignitates et Officia, in noſtra Congregatione eſt penes capitulum generale tantum.

Quinto nota, quod diſpenſatus circa Dignitatē inferiorem, puta quod poſſit eſſe Præpoſitus, non intelligitur diſpenſatus circa maiorem,

torem, puta quod poſſit eſſe Generalis, niſi in diſpẽſatione facta fuerit de prefatis expreſſa mentio, vt probat Panormitanus in cap. innotuit de electione, & Capuccinus vbi ſupra.

§. 8. COnfeſſarij noſtrę Congregationis poſſunt in foro conſcientię diſpenſare cum ſecularibus inter coniugatos, quorum alter eorum cum alterius conſanguinea adulterium perpetrauit ad petẽdum debitum coniugale. Pius v. Ordini Prędicatorum, vt habetur in Cõpendio Minorum Tit. Diſpenſatio poſt adnotationem Capuccini, & Iulius ij. Ordini Sancti Benedicti, vt habetur in Cõpendio Societatis Ieſu, Tit. Diſpenſatio §. 3. Et in Compendio Minorũ vbi ſupra. Idipſum facere poſſunt ad eũdem effectum in foro conſciẽtię, cum his qui poſt votum ſimplex caſtitatis matrimonium contraxerint. Pius v. Franciſcanis de obſeruantia, vt dicitur in Compendio Societatis Ieſu, Tit. Diſpenſatio. §. 4. &

in

in Compendio Minorum, Tit. Diſpenſatio poſt Adnotationem Capuccini.

SCHOLIVM.

ADuertatur pœnitens, ut ſi coniugi ſit ſuperſtes, ne iterum contrahat abſque diſpenſatione impedimenti impedientis.

§. 9. PRæpoſiti noſtræ Congregationis pro tempore exiſtentes cum ſuis ſubditis qui infirmitate pro tempore præpedirentur, ſuper recitatione Diuinorum Officiorum diſpenſare poſſunt, Dummodo ipſi infirmi certum pſalmorum numerum per ipſos Superiores aſſignandorum non minus ſeptem aut ſex, cum diſtinctione, ac Orationem Dominicam ſepties, & Symbolum Apoſtolorum bis recitent.

Grauiter autem ægrotantes Orationē Dominicam ſemel, & Salutationem Angelicam ſepties in die pronunciantes, ſeu

reci-

recitantes, ſeptem horis canonicis, & toti Diuino officio ſatisfeciſſe cenſentur ; Clemens vij. noſtræ Congregationi, quod confirmatum eſt à Pio v. anno Domini 1567. Idibus Februarij, vt habetur in noſtris priuilegijs manuſcriptis.

Et per priuilegium Leonis x. conceſſum Fratribus Minoribus, ſufficit recitare aliquas Preces, Hymnos, Pater Noſter, Aue Maria, vel alia iudicio Prȩlati, vt habetur in Compendio Minorum Tit. Officium Diuinum primo §. 10.

§. 10. PEr priuilegium Sancti Hieronymi Hiſpalenſis poſſunt noſtri infirmi, ſenes, & valetudinarij qui tenentur ad horas canonicas, ſatisfacere recitãdo aliquos pſalmos, vel illud quod ſuperiori, aut confeſſario videbitur. Eugenius iv. vt habetur in priuilegijs dicti Ordinis Tit. 12. Et refertur in Compẽdio Priuilegiorum Societatis Ieſu Tit. infir-

Infirmi. §. 3. Et in Compendio Minorum Tit. Infirmi. §. 8. 11. & 12.

§. 11. PRepoſiti noſtræ Congregationis poſſunt diſpēſare cum ſuis ſubditis infirmis ſuper ieiunijs etiam de precepto, & quadrageſimalibus; & cum conceſſione veſpertinæ cęnulæ, & comeſtionis etiam panis. Clemens vij. noſtræ Congregationi. Et Iulius iij. Societati Ieſu, vt in eorum Cōpendio Tit. Diſpenſatio. §. 2. conceſſit, vt poſſint diſpenſare non ſolum ſuper ieiunijs in diebus ſupradictis, ſed etiam ſuper cibis prohibitis. Poſſunt etiam diſpenſare non ſolum per ſeipſos, ſed etiam per quemlibet alium noſtræ Congregatonis, Gregorius xiij. Societati Ieſu, vt habetur in eorum Compendio Tit. Diſpēſatio. §. 3.

§. 12. COnfeſſarij noſtrę Congregationis debitę pręſentati poſſunt diſpenſare cum ſecularibus in omnibus votis in quib. poſſunt Epiſcopi, Exceptis

ceptis votis peregrinationum vltra duas dietas. Innoc. viij. Ordini Minorum, vt habetur in eorum Compendio Tit. Abſolutio quo ad ſeculares ſecundo §. 12. Eugenius vero iv. conceſſit idem priuilegium omnibus monachis Sancti Benedicti deputatis ad Confeſſiones audiendas abſque ſupradicta limitatione, vt habetur in dicto Compēdio Minorum Tit. Diſpenſatio. §. 25. Martinus v. monachis Sanctæ Mariæ de monſerrato, & Iulius ij. Congregationi Sancti Benedicti Hiſpaniæ, vt notat Capuccinus in ſuis adnotationibus ad Compendium Minorum Tit. Diſpenſatio.

§. 13. CVm licentia & diſpenſatione A.R.P. Generalis poſſunt noſtri ſuſcipere Ordines etiam ſacros, & etiam Presbiteratus extra tempora à Iure ſtatuta, tribus tamen diebus Dominicis, vel alijs feſtiuis, etiam continuis à quocunq. Antiſtite, non obſtante Concilij Trid. Decreto. Gregorius xiij. Societati

cietati Ieſu, quod incipit, Pium, & vtile, &c. ſub die 22. Septembris 1582. Pontificatus ſui anno vndecimo. Quodq. refert Emmanuel Rodericus in ſua Collectione Priuilegiorum Bulla 25. ſub Gregorio xiij.

SCHOLIVM.

IN hoc priuilegio adeſt clauſula prohibitiua communicationis & participationis, quæ nobis non obſtat, quin vti poſſimus dicto priuilegio, vt clarè patet ex priuilegio Gregorij xiv. quod eſt 3. §. 5. ante Tit. Abſolutio quo ad fratres noſtræ Congregationis; Et manifeſtè docet per alia priuilegia Emmanuel Rodericus in ſuis quæſtionibus regularibus. tit. 1. q. 55. art. 17.

Requiritur tamen non ſolum licentia A. R. P. Generalis, vt poſſit ordinari iuxta noſtras Cōſtitutiones; ſed etiam vt poſſit ordinari extra tempora iuxta ſupradictum priuilegium.

Poſ-

§. 14. POſſunt fratres noſtræ Congregationis, vt bonos ad potiora dirigant, & errantes ad rectitudinis ſemitam laudabiliter reuocare procurent, cõmorari in terris hęreticorum, ſchiſmaticorum, & Infidelium, & cum eiſdem conconuerſari de licentia Præpoſiti Generalis, & ab eis neceſſaria vitę depoſcere, & recipere valent. Paulus iij. Societati Ieſu die 15. Kalendis Nouembris 1545. Pontificatus ſui Anno 15. quod incipit, Licet debitum paſtoralis officij, &c. Et quia in dictis locis Sacerdotum raritas eſſe ſolet, concedit idem Pontifex ibidem, vt poſſint dicti Sacerdotes bis in eodem die Miſſam celebrare diuerſis in locis.

§. 15. POſsunt noſtri Confeſſarij, qui de licentia Præpoſiti Generalis in terris Infidelium, ſchiſmaticorum, & Hęreticorum conuerſantur, & in locis remotiſſimis à Sede Apoſtolica, cum ijs qui ab infidelitate conuertentur tantum, qui prius in gradibus non licitis, tamen

lege

lege diuina, vel naturali non prohibitis. matrimonium contraxerunt, vt in eiſdẽ manere poſſint, diſpẽſare, Paulus iij. Societati Ieſu anno Domini 1545. 15. Kalendas Nouembris, quod incipit, licet debitum paſtoralis officij, &c. Pontificatus ſui anno 15.

SCHOLIVM.

Hoc priuilegium eſt ad maiorem abundantiam, nam iuxta. cap. gaudemus de diuortijs. nulla diſpenſatio neceſſaria eſt, quia matrimonium tempore infidelitatis initum, cõtra ſolas leges Põtificias validum eſt. ita docet Henriquez libr. 12. de matrimonio cap. 3. num. 4. quem refert, & ſequitur Sanchez de matrimonio. tit. 3. lib. 8. diſp. 6. n. 29.

Tit. Eccleſia.

§. 1. Licet noſtræ Congregationi, cum de prioribus locis ſuis ad alia loca ſe transfert,

tã omnẽ ædificiorũ materiã locorũ, quæ dimittit (dedicatis Eccleſijs dũtaxat exceptis) quam libros, calices & paramenta ſecum ad alia loca transferre; & ędificia ipſa cum ſolo, & alijs ad eadem loca pertinentia (præter eccleſias) vendere, ipſorumq. prætium in aliorum locorum ad quę ſe transferunt, ædificationem, ſeu aliàs in eorum vtilitatem cõuertere, ſecundum, quod eis melius videbitur expedire. Clem. iv. Ordini Minorum, vt habetur in eorum Compendio Tit. ædificare §. 2. & Sixtus iv. Ordini Prædicatorum, vt habetur in Bulla maris magni, quæ eſt prima ſub Sixto iv. in collectione priuilegiorum Ioan: Baptiſtæ Confecti, verſ. ad hæc licet fratribus, &c.

§. 2. CLerici Regulares noſtrę Congregationis poſſunt ea loca, quæ ſibi minus commoda eſſe cognouerint, in manibus Ordinariorum locorum dimittere, & deſerere, prout ſibi videbitur expedire: ſuper quo Prępoſiti Generalis

ralis conſcientia oneratur; non obſtante
[illegible] Conſtitutione Bonif. viij. prohibente
loca ſemel recepta deſeri, & alijs Apoſto-
licis Conſtitutionib. cęteriſque contra-
rijs quibuſcunque Sixtus iv. Ordini Mi-
norum, vt in eorum compendio Tit. ædi-
ficare §. 8.

SCHOLIVM.

Vigore noſtrarum Conſtitutionum; ſi qua domus intra triennium, poſtquam recepta in Congregatione fuerit, erit repudianda; fieri debet ab A. R. P. Generali cum voto Conſultorum, & alijs ſolemnitatibus, quæ ſunt adnotatæ in 3. par. noſtrarum Conſtitutionum cap. 5. §. ſi ad aliud domicilium.] Expleto verò triennio, id pertinet ad capitulum Generale, vt ibidem habetur.

Tit. Eccleſias reconciliare.

VIde ſupra Tit. Benedicere §. 1.

Tit. Eijcere.

§. 1. CApitulum Generale, ac etiã Generalis noſtræ Congregationis liberè, & licitè poteſt quoſcunque Fratres etiam profeſſos, qui ante ingreſſum noſtræ Congregationis, grauiſſimis, & ſcandaloſis delictis notati, ſeu etiam diffamati, & in eorum receptione, & profeſſione moniti tacuerunt, & fraudulenter occultarunt: non obſtante tali profeſſione, à Congregatione expellere, ac remouere, prout illi in conſcientia (quæ ſuper hoc oneratur) viſum fuerit. Leo x. Minoribus, vt in illorum Compendio Tit. Eijcere, & expellere. §. 5. & in compendio priuilegiorum Congregationis Sanctæ Mariæ Fulienſis. Et in Collectione priuilegiorũ Emmanuel Roderici Bulla xj. ſub Leone x.

§. 2. PRepoſitus Generalis noſtræ Cõgregationis per ſemetipſum dũtaxat

taxat poteſt fratres noſtrę Congregationis, quos incorrigibiles repererit, habitu expoliare, & ab Ordine eijcere.

Ac contra quoſcunque eis auxilium, conſilium, vel fauorem, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, aut quouis quęſito colore, ſuper dicti habitus delatione præſtantes, cuiuſcunque dignitatis, gradus, & conditionis fuerint, per cenſuras Eccleſiaſticas, ac alia iuris opportuna remedia (appellatione poſtpoſita) procedere, inuocando etiam ſi opus fuerit auxilium brachij ſecularis: Ale. vj. Ordini Minorum, vt in eorum Compendio, Tit. Eijcere §. 4. & Tit. Habitus Fratrum §. 12. & in collectione priuilegiorũ Io: Baptiſtæ Confecti, priuilegio ij. ſub Alex. vj. Sixtus etiam iv. conceſſit idem priuilegium Congregationi Caſſinenſi, & Eugenius iv. & Pius iv. de quibus mentionem facit Graſſius in ſuo conſilio 5. num. 8. & 16. de Regularibus.

Vide de hac materia ſupra Tit. correctio §. 3.

SCHOLIVM.

Non obſtat cap. fin. de Regularibus, vbi ordinatur tales fugitiuos eſſe perquirendos, quia Sixtus iv. dicto cap. expreſſe derogauit, vt habetur in Compendio priuilegiorum Congregationis Sanctę Mariæ Fulienſis Tit. Eÿcere, & expellere poſt §. 2. verſ. circa monachorum, &c.

Præterea eſt aduertendum, quod vt quis iuſtè eÿciatur à Monaſterio, & habitu priuetur, tria ſunt neceſſaria.

Primum, vt talis eiectio fiat propter crimina, pro quibus de iure communi eſſent ad mortem damnandi, perpetuo carceri mancipandi, vel in perpetuum, vel ad tempus ad triremes relegandi, vel condemnandi, vel in alÿs delictis grauiſſimis inobedientiæ, & contumaciæ: non autem pro quocunque peccato mortali.

Secundum, vt fiat à Capitulo Generali, vel à Præpoſito Generali, cum voto deciſiuo Conſultorum.

Tertium vt eiectio fiat ſeruatis, ſeruandis, ideſt cauſa cognita, & per ſententiam definitiuam. ita docet Nauar. conſ. 50. de Regularibus Graffius conſ. 5. de Regularib. num. 19. et in Deciſionibus vol. 1. lib. 3. cap. 5. num. 82. & Archidiaconus in cap. peruenit in fine 27. q. 1.

Adeſt etiam declaratio Illuſtriſsimorum Cardinalium ſuper Conc. Trid. in contrariũ, cuius verba ſunt hæc.

Inpoſterum nemo Regularium eijciatur à Monaſterio etiam ſi ſit incorrigibilis, ſed peccantes à Superioribus ignominia, & carcere caſtigentur, & acrius etiam ſi ipſis viſum fuerit pro modo delictorum puniantur; ſed per hanc declarationem non reuocantur Priuilegia ſupradicta, vnde ſtant in ſuo robore, & declaratio procedit contra Regulares, qui non gaudent ſupradictis Priuilegijs.

Vide etiam de hac materia Doctrinam Sancti Bonauenturæ in quęſtionibus ſuper Regulam fratrum Minorum; q. 14. quam refert etiam Collector Priuilegiorum Ordinis Minorum in eius Compendio ſub Tit. Eycere poſt §. 4. *quem vide omnino.*

Vide etiam de hac materia ſupra Tit. Apoſtata. §. 2.

Tit. Epiſcopi.

§. 1. FRatres noſtræ Congregationis promoti, vel promouendi ad Dignitatem Epiſcopalem vel alias; debent in virtute ſanctæ Obedientiæ, (ſubmota qualibet dilatione) reſignare Prępoſito Generali libros & alia, quę ipſos promotionis tempore habuiſſe vel habere conſtiterit: Niſi forſan Prępoſitus Generalis vſum huiuſmodi rerũ illis ad tempus conceſſerit de gratia ſpeciali. Alex. iv. Ordini Minorum, vt habetur in eorum Compendio, Tit. Epiſcopi.

ſcopi. §. 2. Nec conſecrationis munus recipere poſſunt, niſi ea omnia quæ à noſtra Congregatione habent, prius Prępoſito Domus reſignent, ſub ſuſpenſionis, & Exequutionis Põtificalis miniſterij pęna. Clemens iv. Ordini Prędicatorum, vt habetur in Collectione Priuilegiorum Io: Baptiſtæ Confecti, ſub Clemente iv. Priuilegio 8.

Tit. Euchariſtia.

§. 1. POſſunt noſtri in ſuis Eccleſijs (decenter tamen) ſacroſanctã Euchariſtiam ſeruare. Paulus iij. Societati Ieſu, vt habetur in eorum Compendio, Tit. Euchariſtia. De hac materia vide ſupra Tit. Communicare.

Tit. Excommunicatio.

§. 1. SI in caſu aliquo noſtri ſententiam excommunicationis in aliquem in Congregatione; vel Com-

Communitate ferre velint, non tenentur eam ſcripto proferre, non obſtante pęna Iuris. Leo x. Ordini Minorum, vt habetur in eorum Compendio Tit. Excommunicatio. §. 7.

§. 2. PErſonæ noſtræ Congregationis à nemine poſſunt excommunicari, ſuſpendi, vel Interdici, alias irritum & inane decernitur. Paulus v. Congregationi Sanctę Mariæ Fulienſis, vt habetur in eorum compendio Priuilegiorum. Tit. Excommunicatio. §. 4.

Tit. Exemptio.

§. 1. PAtres, & Fratres noſtræ Congregationis ſunt liberi & exēpti ab omni Superioritate, Et ſoli Romano Pontifici canonicè intranti, & eorum Superioribus canonicè electis pro tempore exiſtentibus ſubditi ſunt. Clemēs vij. noſtræ Cōgregationi, quod confirmatum eſt à Pio v. Idibus Februa-

rij Anni 1567. vt habetur in noſtris Priuilegijs manuſcriptis. Nicolaus iv. & Benedictus xj. Fratribus Minorum, vt habetur in eorum Compendio Tit. Exēmptio. §. 10. & 14.

Si vero Eccleſiarũ Prȩlati non obſtante hoc priuilegio vellent illos moleſtare, erũt ipſo facto excommunicati poſt monitionem. Nicolaus v. Ordini Minorum, vt in eodem Compendio & Tit. §. 18. Et Sixtus iv. ibidem. §. 22. & Paulus v. Congregationi Sanctȩ Mariæ Fulienſis, vt habetur in eorum Compendio Priuilegiorum Tit. Exemptio §. 3.

Nec poſſunt abſolui ab alio, quam à Romano Pontifice niſi in articulo mortis. Et quicquid attentauerint irritum erit. Et Gregorius xiij. Societati Ieſu ampliſſimè conceſſit ſimile priuilegium exemptionis, quod incipit, Satis ſuperq. dilectos filios Societati Ieſu; ſub die 10. Septembris 1584. Pontificatus ſui anno xiij. Et de verbo ad verbum refert Emmanuel Rodericus in ſua Collectione

Pri-

§. 2. SVnt noſtri etiam exempti à iuriſdictione quorumcunque Legatorum etiam de Latere, Nec non Nunciorum dictę Sedis Apoſtolicæ; Ac quorumuis Officialiũ Romanę Curię; Paulus iij. Congregationi Eremitarum Ordinis Camalduẽſis Anno Domini 1534. tertio nonis Nouembris Pontificatus ſui anno primo, vt in eorum Compendio fol. 10. Et Eugenius iv. Congregationi Vallis Oletanę Ordinis Sancti Benedicti Hiſpaniarum Anno Domini 1434. ſeptimo kalendas Martij Pontificatus ſui anno iv. vt habetur in eorum priuilegijs fol. 15. num. 1.

SCHOLIVM.

DE Regularium exemptione latè tractat Io: Baptiſta Confectus in Summario

mario Priuilegiorum Mendicantium, Tit. 5. per totum.

§. 3. NOſtri ſunt exempti à ſolutione Decimarum quarumcunque etiam Papalium, & à quacunque exactione, ſubſidio, vel prouiſione; Nec per literas Apoſtolicas compelli poſſunt, niſi eiuſmodi literæ de noſtra Congregatione & indulto, expreſſam de verbo ad verbum mentionem fecerint. Paulus iij. Societati Ieſu, vt habetur in eorum Compendio, Tit. Priuilegium, §. 7. & Sixtus iv. Ordini Minorum, vt habetur in eorum Compendio, Tit. Exemptio. §. 20. & late in Tit. Decimę, §. 3.

Tit. Generalis.

§. 1. PRæpoſitus Generalis noſtræ Congregationis poteſt communicare ſuffragia Indulgentiarum, Orationum, ac Beneficiorum ſpiritualium totius Cõgregationis, quibuſcun-

cunque perſonis Deuotis, & Benefacto-ribus noſtræ Congregationis; Vrbanus v. Ordini Minorum, vt habetur in eorum Compendio Tit. Generalis Ordinis. §. 4.

§. 2. PRæpoſitus Generalis noſtræ Congregationis cum primum eſt electus eo ipſo habet plenam, liberam, & omnimodam curam, & adminiſtrationem rerum omnium, & perſonarum noſtræ Congregationis; Paulus iij. & Iulius iij. Societati Ieſu, vt habetur in eorũ Compendio, Tit. Generalis. §. 1. Vide de hac materia ſupra Tit. Declarare. §. 1. & 4.

§. 3. TRanſumpta, & exẽplaria quorumcunque Inſtrumentorum, Priuilegiorum, & Apoſtolicarum conceſſionum, proprio Generalis noſtri ſigillo firmata, & ſigillata, eamdem omnino vim habent, & illis eadem fides adhiberi debet, ac ſi plumbi ſigillo eſſent obſignata; Iulius ij. Auguſtinianis, vt habe-

tur

tur in Compendio Minorum Tit. Generalis §.4. & Compendio Congregationis Sanctæ Mariæ Fulienſis eod. Tit. §.8. Vide de hac materia infra Tit. Priuilegia. §.10.

Tit. Gradus.

§. 1. SCholaſtici noſtrę Cõgregationis profeſſi, ſi per examinatores noſtrę Cõgregationis idonei reperti fuerint, poſſunt promoueri ad Gradus per Generalem Prępoſitum, aut de eius licentia per quemcunque inferiorem Prępoſitum: idque non ſolum extra Vniuerſitates, ſed etiam in ipſis Vniuerſitatibus, ſi Officiales Vniuerſitatum in quibus ſcholaſticorum ſtudia exiſtunt, illos gratis promouere recuſauerint. Iulius iij. & Pius iv. Societati Ieſu, vt habetur in eorum Compendio, Tit. Gradus §. 1. Hoc priuilegium Pij iv. incipit, Exponi nobis nuper feciſtis &c. ſub nu. 86. ſub die 19. Auguſti 1561. Pontificatus ſui Anno ij.

Tit.

Tit. Horæ Canonicę.

VIde infra Tit. Officium Diuinum.

Tit. Ieiunium.

§. 1. POſſunt noſtri per facultatem Congregationis Sanctæ Iuſtinę de Padua Ordinis Sancti Benedicti, dum in Quadrageſima, & Vigilijs, quæ de pręcepto ieiunātur equitando iter faciunt ſumere mane aliquid per modum conſuetæ collationis, & ſub nocte cęnare. Sixtus iv. in Priuilegijs impreſſis fol. 123. vt refertur in Compendio Priuilegiorum Societatis Ieſu Tit. Ieiunium. §. 1.

§. 2. POſſunt noſtri, & maxime Prędicatores actu prędicantes ſine ſcrupulo violati ieiunij anticipare, ſeu retardare (iuxta ſuam conſultationem) horas

ras

ras comeſtionis, & ſeroſinæ collationis. Leo x. Ordini Minorum, vt habetur in eorum Compendio. Tit. Ieiunium. §. 5.

§. 3. ITinerantes Fratres noſtræ Congregationis poſſunt trãsferre ieiunium diei itineris ad alium diem. Leo x. Minoribus, vt habetur in eorum compendio. Tit. Itinerantes Fratres. §. 6.

Tit. Indulgentiæ.

§. 1. PAulus Papa V. per ſuam Bullam ſub data diei 23. menſis Maij. Anni 1606. reuocauit, annullauit, & caſſauit omnes, & ſingulas indulgentias, quibuſcunque Ordinibus, & inſtitutis Regularibus, etiam Mẽdicantibus, & quibuslibet perſonis Regularibus quouis modo per quoſcunq. Romanos Põtifices ſuos Prędeceſſores, & Apoſtolicam Sedem hactenus conceſſas, confirmatas, & innouatas: Et infra:

ſcripta (quæ ad noſtrum propoſitum faciunt) inter alias conceſſit.

§. 2. OMnes Chriſtifideles, qui canonicè, & iuxta ordines cuiuslibet Religionis habitum Regularem à legitimis Superioribus cauſa profitendi in illo ſuſceperint, die primo eorum ingreſſus in ipſam Religionem, ſi verè pœnitentes, & confeſſi ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, plenariam Indulgentiam conſequantur.

SCHOLIVM.

NOſtri gaudent dicto priuilegio, ſeu dicta Indulgentia quando ſuſcipiunt habitum religionis, quia tunc incipit annus probationis cauſa profitendi. Nam quando ingrediuntur per quatuor menſes, dicuntur, & ſunt hoſpites: Et ita mihi declarauit Admodum Reuerendus Pater D. Ioan: Antonius Angriſanus Præpoſitus Generalis noſtræ Congregationis virtute Priuilegij

Iu-

§. 3. NOuitius, qui pęnitens, & confeſſus, ac ſacra Communione refectus, poſt completum probationis annum, profeſſionem emiſerit, plenariã Indulgentiam conſequetur.

§. 4. QVilibet Religioſus intra clauſtra ſui Monaſterij viuens, qui in Feſto principali ſui Ordinis confeſſus, ac ſacra Communione refectus fuerit, aut Miſſam recitans pro Chriſtianorum Principum cōcordia, hęreſum extirpatione, Romani Pontificis ſalute, ac ſanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderit, plenariam Indulgentiam conſequetur.

SCHOLIVM.

NOſtri gaudent hac indulgentia in feſto Exaltationis ſanctæ Crucis, tantum quæ celebratur die 14. Septembris.

§.5. IN quolibet mortis articulo, ſi Religioſus verè pęnitens confeſſus, ac ſacra Communione refectus, vel quatenus id facere nequiuerit, ſaltem contritus nomen Ieſu ore ſi potuerit, ſin autē corde deuote inuocauerit, plenariam Indulgentiam conſequetur.

§.6. REligioſus, qui ad Presbyteratus ordinem canonicè promotus, & confeſſus primam Miſſam celebrabit: nec non etiam ij Religioſi, qui, pariter confeſſi, ac ſacra Communione refecti, eidem Miſſæ interfuerint, aut ipſo die Miſſam ſimiliter celebrabunt, plenariam Indulgentiam conſequentur.

Finis Bullæ ſupradictæ.

§.7. PAtres, & Fratres noſtræ Congregationis in noſtris Eccleſijs diebus quadrageſimalibus, & quibuſuis anni tēporib. atq. diebus alijs ſtationū, viſitando quinque, vel quatuor, ſi tot extant, aut pauciora Altaria, & ſemel Pſal.

Mi-

Miſerere, & Orationem Dominicam, ac Salutationem Angelicam, & Symbolum Apoſtolorum pro felici ſtatu, & conſeruatione militantis Eccleſiæ, ac exaltatione fidei Catholicæ, ſummi Pōtificis proſperitate recitant, omnes, & ſingulas Indulgentias, ac peccatorum remiſſiones viſitantibus Baſilicas, & Eccleſias Vrbis, & extra illius muros, ac etiam Neapolis, & aliarum Ciuitatum, & Oppidorum conceſſas conſequuntur, ac ſi perſonaliter viſitauerint, ac omnia, & ſingula, quæ pro huiuſmodi Indulgentijs conſequendis, quomodolibet requirūtur, perfecerint.

Et ſi extra proprias Eccleſias, & domus ex obedientia fuerint, tunc in quauis Eccleſia Ciuitatū, oppidorum, &c. vbi fuerint, poſſunt conſequi eaſdem Indulgentias, viſitando altaria, &c. vt ſupra. Pius iv. noſtræ Congregationi, idque Pius v. confirmauit, & per viuæ vocis oraculum factum Admodum Reu. Patri

Domino Ioanni Antonio Angriſano noſtro Prępoſito Generali nouiſſimè cõfirmatum eſt à Paulo V. ſummo Pontifice die 12. menſis Martij 1608. poſt reuocationem Indulgentiarum Religioſorum factam, & publicatam die 23. menſis Maij 1606.

SCHOLIVM.

PSalmus Miſerere, Oratio Dominica, Salutatio Angelica, & Symbolum Apoſtolorum debet ſemel recitari in quolibet Altari.

§. 8. NOſtri gaudent omnibus Indulgentijs, etiam plenarijs, & perpetuis, conceſſis, & concedendis alijs Ordinibus etiam militaribus. Gregor. xiv. Ordini Sancti Bernardi Hiſpaniæ Anno 1591. die 28. Iunij, vt habetur in Cõpendio Congregationis Sanctæ Mariæ Fuliẽſis Tit. Communicatio gratiarum. §. 4. & Sixtus v. & Paulus v. dictæ Con-

grega-

gregationi Sanctæ Mariæ Fulienſis, vt habetur in eorum Compendio vbi ſupra Tit. Communicatio gratiarum. §. 1. & 3.

§. 9. INdulgentiæ, & Priuilegia pro defunctis conceſſa non cenſentur reuocata per Breue Pauli v. reuocatoriū omnium Indulgentiarum Regularibus conceſſarum ſub data diei 23. menſis Maij 1606. ſed permanent adhuc in ſuo robore, prout declarauit Congregationi Sanctæ Mariæ Fulienſis, viuæ vocis oraculo facto Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Bandino die 23. menſis Februarij 1609.

§. 10. OMnes Indulgentię à Leone x. vſque ad quartum ſui Pontificatus annum die 3. Februarij, & Prædeceſſoribus ſuis pro viuis conceſſæ, poſſunt à noſtris pro defunctis per modum ſuffragij applicari. Leo x. Minoribus, vt habetur in illorum Compendio. Tit. Indulgentia non plenaria. §. 7. & refertur

in Compendio Societatis Ieſu. Tit. Indulgentię. §. 10. & in compendio priuilegiorum Congregationis Sanctę Mariæ Fulienſis Tit. Indulgentię pro defunctis. §. 4.

§. 11. OMnes Indulgentiæ tam plenarię, quàm non plenariæ, quę viſitantibus Eccleſias Vrbis Romæ quouis die conceſſę ſunt, poſſunt eo die à noſtris in proprijs Eccleſijs obtineri. Sixtus iv. Minoribus, vt in eorum Compendio priuilegiorum. Tit. Indulgentię ſtationum, quoad Fratres. §. 7.

SCHOLIVM.

HViuſmodi Indulgentias, & ſequentes in §. 12. *&* 13. *conceſſas pro viuis licet noſtri lucrari non poßint per ſe, cum ſint reuocatæ per Breue Pauli* v. *de quo ſupra* §. 1. *tamen poſſunt pro defunctis applicari per priuilegiũ Leonis* x. *de quo ſupra* §. 10. *facta eſt mentio.*

Sa-

§. 12. SAcerdotes noſtræ Congregationis, qui Dominicis dieb. aut in ſolemnitatib. D. N. Ieſu Chriſti & Beatæ Marię celebrãt: Non Sacerdotes quotieſcunque communicant, Indulgentiam plenariam conſequũtur, Innocentius viij. Minoribus, vt in eorum Monumentis fol. *69.* & refertur in eorum Compendio Tit. Indulg. plen. quod Fratres §. 5. & *6.* & in Cõpẽdio Societatis Ieſu. Tit. Indulgentiæ. §. 8. Vide Scholiũ ſupradictum.

§. 13. QVoties noſtri Coronam Beatę Virginis, quæ continet *63.* Aue, & 7. Pater, vel Coronam Domini, quæ continet 33. Pater, & totidem Aue, aut Septem Pſalmos Pęnitentiales, aut Pſalmos Graduales, aut pro defunctis Defunctorum Officiũ recitauerint, Indulgentiam plenariã conſequentur. Infirmi verò, & Senes decrepiti eamdem Indulgentiam conſequuntur quoties Pſalmum 50. Aut Canticum Beatę Virginis, aut Hymnum Aue Maris

ris ſtella dixerint. Iulius ij. & Leo x. vt habetur in Compendio Priuilegiorum Minorum Tit. Indulgentiæ varijs in locis. Et de Pſalmis Gradualibus habetur ſpecialiter in Tit. Indulgentia plenaria, quo ad Fratres. §. 19. & habetur in Compendio priuilegiorum Congregationis Sanctæ Mariæ Fulienſis. Tit. Indulgentia pro Defunctis. §. 2. & 3. & in Compēdio priuilegiorum Societatis Ieſu. Tit. Indulgentiæ. §. 9. Vide Scholium, quod eſt ſupra poſt §. 11.

§. 14. NOſtri ſingulis ſecundis, & quartis Ferijs cuiuslibet hebdomadę totius anni celebrare volentes pro defunctis, eaſdem Indulgentias pro animabus defunctorum conſequentur, ac ſi in Eccleſia S. Sebaſtiani, S. Laurētij, Scalę Cęli, Sancti Gregorij, & Sanctę Pudentianæ extra & intra muros almæ Vrbis celebraſſent. Ac pari modo Miſſę huiuſmodi animabus defunctorũ, pro quibus eas celebrãdas dixerunt, ſuf-

fra-

fragantur, perinde, ac ſi in prefatis, ac alijs quibuſcunque priuilegiatis Eccleſijs intra, & extra muros Vrbis celebraſſent. Clemens vij. Minimis, vt refertur in Priuilegiorum Compendio Ordinis Sancti Hieronymi Tit. Animæ à purgatorio, §. 2. & in Compendio priuilegiorum Congregationis Sanctę Mariæ Fulienſis. Tit. Indulgentiæ pro defunctis. §. 5.

§. 15. PER priuilegium conceſſum à Leone x. Congregationi Sanctę Iuſtinæ, noſtri celebrantes tres Miſſas pro anima alicuius defuncti conſanguinei intra tertium gradum ſuper vno Altari per Superiorem in propria Eccleſia aſſignato, liberant ipſius animam à pęnis Purgatorij, ac ſi celebraſſent ſuper Altari Sancti Gregorij, aut Sancti Sebaſtiani Romę, vt refertur in Compendio priuilegiorum Canonicorum Regularium Sancti Saluatoris in Lauro de Vrbe, qui eiuſdem gratijs, & Indulgentijs gaudent.

Et

Et in Compendio priuilegiorum Congregationis Sanctę Marię Fulienſis Tit. Indulgentiæ pro defunctis.§.6.

SCHOLIVM.

HI duo Paragraphi ſuperiores ſunt intelligendi de quibuslibet Miſſis, quamuis non ſint de Defunctis, Nam ita ſunt cōceſſa priuilegia Altari Sancti Gregorij, Sanctæ Pudentianæ, & Sancti Siluestri in Monte Quirinali. Et multa alia Altaria ſimiliter priuilegiata reperiuntur infra & extra muros Romæ.

Tit. Infirmi.

§. 1. INfirmi, & Decrepiti noſtrę Congregationis qui non poſſunt Eccleſiam adire ad lucrandas Indulgentias à Paulo v. Regularibus conceſſas, poſſunt eas conſequi in lectulo ſuo, dūmodo agant aliquod opus pium arbitrio

trio Confeſſarij. Paulus v. Congregationi Sanctę Marię Fulienſis die... Anni 1609. Pontificatus ſui Anno 5. vt habetur in eorum Compendio Tit. Infirmi. §. 4.

SCHOLIVM.

SVpradictæ Indulgentiæ conceſſę à Paulo v. Regularibus habentur ſupra Tit. Indulgentię à principio vſque ad §. 6. incluſiuè.

§. 2. OMnibus, & ſingulis quorumcunque tam virorum quam mulierum Monaſteriorum Congregationis noſtræ, vtriuſque ſexus perſonis, quibuſuis infirmitatib. pro tempore detentis, quibus ob huiuſmodi infirmitates, vel per Medicum, aut Superiorem ſuum è cubiculis ſuis exire prohibitum fuerit, conceſſum eſt, vt durantibus infirmitatibus tantum, Miſſam in proprio cubiculo, ſuper altari portatili, in loco tamen

de-

decenti & honeſto, per aliquem Presbyterum per eos iuxta ſuum libitum eligendum celebrari facere, illique intereſſe; Et eam etiam in ipſorum cubiculis iacẽtes audire, ſacroſanctumque Euchariſtię ſacramentum, confeſſi, & contriti, liberè, & licitè ſuſcipere poſſint; Ordinariorum Locorum, ſeu quorumuis aliorum licentia deſuper minime requiſita; ipſique, ac Presbyter ſic per eos eligendus Miſſam huiuſmodi reſpectiuè audiẽdi, ac celebrandi, plenam & liberam licentiam, & facultatem habent. Pius iv. Canonicis Regularibus Sancti Saluatoris Lateranẽſis die 18. Menſis Maij 1565. Pontificatus ſui anno 6. vt habetur in eorum Priuilegijs pagina 536. Et refertur in Compendio priuilegiorum Congregationis Sanctę Mariæ Fuliẽſis Tit. Infirmi. §. 5. Cum clauſula, Non obſtantib. quibuſuis Apoſtolicis, nec non in Prouincialibus & Synodalibus Cõcilijs editis, Generalibus Conſtitutionibus, & etiam per nos quomodolibet factis, &

con-

conceſſis. Vide de hac materia ſupra Tit. Diſpenſatio.§.7.& 8.

Tit. Interdictum.

§.1. ECcleſię Domorũ noſtrę Cõgregationis interdici nõ poſſunt ad inſtantiam alicuius perſonæ, etiam ſi Cardinalatus honore, vel alia quauis fulgente dignitate ſit inſignita, Nec per Auditorem ſacri Palatij, aut quoſcunque alios Iudices: Niſi tota Ciuitas, ſeu Oppidum vbi Domus huiuſmodi conſiſtit, Apoſtolica ſeu Ordinaria authoritate Eccleſiaſtico ſupponatur interdicto. Et in huiuſmodi Domibus degentes Fratres ad huiuſmodi Interdicti obſeruationem minime tenentur. Ex priuilegio Leonis x. Fratribus Minoribus Obſeruantiæ, vt habetur in Compendio Minorum Tit. Interdictum primo §. 15. Et Gregorij ix. & aliorum ſummorum Pontificũ Ordini Sancti Ioãnis Hieroſolymitani, vt habetur in eodẽ loco.§.26.& 27.

Ex

§. 2. EX priuilegiò cõceſſo à Leone x. Monachis S. Benedicti, poſsũt noſtri tempore Interdicti, & ceſſationis à Diuinis in die Conceptionis, Viſitationis, & Natiuitatis Beatæ Virginis, & Natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ, die Exaltationis Sanctæ Crucis (ex eo quod eſt feſtum noſtræ Congregationis) & omniũ Sanctorum, & Sanctarum ſub quorum inuocationibus noſtræ Eccleſiæ dedicatę, & conſecratę ſunt, Vel quorum corpora in ipſis Eccleſijs recondita reſpectiuè exiſtunt: Nec non Hebdomadarum Sanctę, & Reſurrectionis Dominicę, Et quoties noſtri Profeſſionem emiſerint, aut primã Miſſam celebrauerint, vel humana cadauera Eccleſiaſticę ſepulturæ tradi contigerit, dummodo ipſo interdicto cauſam non dederint, Nec eis ſpecialiter contigerit interdici, apertis ianuis, pulſatis campanis (nominatim Interdictis, & excommunicatis excluſis) Miſſas, Proceſſiones, & alia Diuina Officia ſolemniter celebrarę, vt habetur in Compen-

pendio Minorum Tit. Interdictum ſecundo §. 10. Et omnia illa facere in ſupradictis diebus, quę nullo exiſtente Interdicto fieri poſſunt. Idem Leo x. Fratribus Minoribus vbi ſupra. §. 7. & Capuccinus in ſuis Adnotationibus Tit. Interdictum 3. à verſic. Item. 13. &c. vſq. ad verſic. Item 21. &c.

§. 3. POſſunt noſtri tempore Interdicti licitè, & liberè in ſuis Eccleſijs, aut Capellis recipere ad audiendam Miſſam & alia Diuina Officia, omnes, & ſingulos Donatos, Oblatos quoſcunq., Familiares, Officiales, Negotiorum geſtores, Procuratores, Operarios, & Seruitores quarumlibet noſtrarum Domorum; Ac eis Euchariſtiam, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, vt habetur in Compendio Minorum Tit. Interdictum 3. §. 1. 2. 3. & 6. per conceſſionem Alexandri iv. Clemens iv. & Innoc. iv. Minorib. & Auguſtinianis, & Paulus iij. Societati Ieſu, vt habetur in eorum Com

H pen-

pendio. Tit. Interdictum. §. 2. Et notat Capuccinus in ſuis adnotationibus ad Compendium Minorum Tit. Interdictũ. 3. verſ. Item quinto,&c. eorumque corpora tumulare, ſiue tumulari facere,(dũmodo nullus iſtorum dederit cauſam Interdicto) ſecreto tamen modo, ianuis clauſis, & campanis non pulſatis. Eugenius iv. Monachis Sancti Benedicti, vt habetur in Compẽdio Minorum Tit. Interdictum. 3. §. 11. & per priuilegium Leonis x. eiſdem Monachis, ſepeliri poſſunt, etiam ianuis apertis, pulſatis campanis, & Miſſas, & alia diuina Officia ſolemniter, & in cantu celebrare, vt habetur in eodem Compendio Minorum. Tit. Interdictum primo §. 25.

§. 4. POſſunt noſtri tempore interdicti generalis, ſiue ſpecialis, aut quo ceſſatur à diuinis, eligere ſex perſonas inter viros, & mulieres ſucceſſiuè, quę poſſunt Miſſas audire, ac diuinis Officijs intereſſe, & Eccleſiaſtica ſacramenta ibi re-

recipere. Nicolaus v. Ord. Sancti Benedicti, vt habetur in Compendio Minorū. Tit. Interdictum primo §. 23. dummodo aliqua ipſarum ſex perſonarum dicto Interdicto, aut ceſſationi à diuinis cauſam non dederint: & ipſum interdictum non ſit poſitum, vel confirmatum authoritate Apoſtolica. Et per priuilegium Legati de latere eidem Ordini Sancti Benedicti conceſſum, in qualibet die poſsūt recipere quindecim perſonas, quæ non dederunt cauſam interdicto, vt habetur in eodem Compendio Minorum Tit. Interdictum primo §. 24. & notat Capuccinus in Tit. Interdictum. 3. verſic. Item ſeptimo, &c.

§. 5. LEo x. declarauit Fratribus Minoribus, & conceſſit, quòd in forma obſeruationis nulla ſit differentia inter ceſſationem à diuinis, & interdictū quodcunque, vt habetur in Compendio Minorum. Tit. Interdictum primo §. 17.

SCHOLIVM.

Hoc Priuilegium procedit inter noſtros Fratres, noſtraſque Domus, non aũt cum ſecularibus: ita notat Capuccinus in ſuis adnotationibus. Tit. Interdictum 3. verſic. in ceſſatione autem, &c. & verſic. Item Leo x.

Notandum eſt etiam, & mẽte tenendum, quod omnes ſupradictæ conceſsiones, & quæ communiter fieri ſolent, ſunt pro Interdicto generali; ita docet Collector Priuilegiorum Minorum. Tit. Interdictum 3. not. primo, niſi per priuilegium particulare, aliud ſit conceſſum, vt in ſequenti videri poteſt.

§. 6. Omnia quæ pro tempore generalis Interdicti nobis conceſſa ſunt, ea omnia in ſpeciali Interdicto intelliguntur eſſe conceſſa per Priuilegium Iulij ij. conceſſum Auguſtinianis, vt habetur in Compendio Priuilegiorum Minorum. Tit. Interdictum primo §. 14.

Scho-

SCHOLIVM.

Haec eſt magna conceſſio, & ideo valde notanda, quia maior in hac materia non reperitur conceſſa, nam quando ſecundum ius commune ſuſpenditur interdictum in quibuſdam diebus non ſuſpenditur pro Eccleſijs, vel perſonis particulariter interdictis, adeo, vt ſi in illis celebrarent, eſſent irregulares, & tamen ſecundum iſtam conceſſionem in talibus locis ſpecialiter Interdictis poterit celebrari, & illa omnia agi, quæ poterant in Interdicto generali: Sed perſonæ ſpecialiter interdictæ minimè hoc poſſent facere, neque coram illis fieri. ità adnotat Capuccinus in ſuis adnotationibus in Compendio Minorum Tit. Interdictum 3. verſic. Item decimo Iulius ij. &c.

Circa materiam Interdicti, quæ valde perplexa eſt, ſciendum eſt primo, quod ſtatim, quod noſtri ſciunt poſitum eſſe interdictum, ſiue ceſſationem à diuinis, ea ſerua-

re obligantur, ſi Eccleſia Matrix, vel maior ſeruat (licet ſint iniuſta) & vbi tales Eccleſiæ non fuerint, ſe debent cum alijs Eccleſijs populi conformare, ſi illę ſub pęna excõmunicationis obſeruant. ita adnotauit Hieronymus Sorbus Capuccinus in Tit. Interdictum. 3. verſic. In primis, &c.

Secundo ſciendum eſt, quod per Conc. Trid. ſeſs. 25. cap. 12. ſupradicta priuilegia non ſunt reuocata, vt probat Capuccinus in ſuis adnotationibus ad Compendium Minorum. Tit. Interdictum. 3. verſic. & quo ad primum, &c. & tenet etiam Emanuel Roderiquez in expoſitione Bullæ Cruciatæ, vt refert idem Capuccinus vbi ſupra: Et ad Concilium Tridentinum reſpondet, Nos bene obligatos eſſe Interdictum Apoſtolicum & Ordinarium ſeruare, tamen ex conceſſione ſpeciali poſſumus facere ſupradicta nobis conceſſa; nam Concilium intendit illa priuilegia reuocare, quæ à quibuſdam Religioſis prætendebantur haberi de nullatenus Interdictum ſeruando, etiam quod à matri-

ce

ce Eccleſia ſeruaretur, vt erant Fratres milites Sancti Ioannis Hieroſolymitani Hoſpitalis virtute priuilegij Alexandri iij. Vrbani iij. Clementis iij. & aliorum ſummorum Pontificum; & ſimiliter erat conceſſum Fratribus Minimis à Leone x.

Tertio ſciendum eſt, quod in Regnis, vbi eſt Bulla Cruciatæ; Dubium eſt, An ſupradicta priuilegia ſint reuocata? Pro cuius ſolutione. Hieronymus Sorbus Capuccinus in ſuis adnotationibus ad Compendium priuilegiorum Minorum. Tit. Interdictum. 3. à verſic. Itaque concludendo, &c. ponit infraſcriptas concluſiones.

Prima concluſio eſt, quantum ad facultates illas, quæ pro tali tempore à iure communi nobis conceduntur abſque Bulla Cruciatæ, ſupradictis priuilegijs vti poſſumus, quia talis Bulla Cruciatæ ſuſpendit tantum facultates illas, quæ ſunt gratiæ, & priuilegia, vltra, vel contra ius commune, non autem illas, quæ ſunt in iure communi incorporata.

Secunda Concluſio eſt, quod abſq; Bullæ Cruciatæ poſſumus gaudere omnibus iam ſupradictis priuilegijs, in quantum pertinent ad Fratres noſtros, non autem quantum ad ſeculares, quia in illa Bulla non ſuſpenduntur priuilegia Superioribus Ordinum Mendicantium, in quantum ad ſuos Fratres pertinent, ſed quò ad ſeculares, vt notat etiam Collector priuilegiorum Minorum. Tit. Priuilegia Fratrum §.33. quęſt.3.

Tit. Libri prohibiti.

§.1. PRæpoſitus generalis noſtræ Congregationis cum conſilio Iurum Conſultorum poteſt concedere facultatem noſtris legendi libros hęreticos ad oppugnandum. Gregorius xiij. poſt Pium v. Societati Ieſu, vt habetur in eorum Compendio. Tit. Libri prohibiti. §.1.

Scho-

SCHOLIVM.

HAec priuilegia, quæ continentur in iſtis tribus primis paragraphis habentur in priuilegio Gregorij xiij. conceſſo dictæ Societati, quod incipit. Exponi nobis nuper fecerunt, &c. ſub die 8. menſis Ianuarij 1575. Pontificatus ſui anno 3. ſimilem conceſſionem fecit Sixtus iv. Ordini Prædicatorum, & Minorum, vt habetur in fine Bullæ Maris magni, quam refert Ioannes Baptiſta Confectus in ſua Collectione, & in ſummario priuilegiorum Ordinum Mendicantium. Tit. 3. Cap. 1. §. 53.

§. 2. POſſunt noſtri vti libris non hęreticis, licet habeant anotationes, & Scholia Authorum hæreticorum, aut Authores ipſi mali ſint, ſi libri non ſunt Editi ad ſtabilienda dogmata hęretica; dummodo nomen authoris (ſi ſit hæreticus, aut in Indice prohibitus, & ſi quid inter legendum occurrerit) dea-

lea-

leatur. Gregorius xiij. & Pius v. Societati Ieſu, vt habetur in eorum Compendio. Tit. Libri prohibiti. §. 2.

§. 3. SVpradicta fuerunt conceſſa, non obſtantib. Bullis in Cæna Domini legi conſuetis, cęteriſque contrarijs quibuſcunque vbi ſupra. §. 6.

SCHOLIVM.

IN noſtra Congregatione nemini permittitur vti ijs Priuilegijs propria authoritate. Nec Patribus Societati Ieſu, quibus conceſſa ſunt, niſi cum licentia Prouincialis. Vbi ſupra. §. 6.

Tit. Medici.

§. 1. FRatres noſtræ Congregationis medicinæ periti cum licencentia ſuorum Superiorum mederi poſſunt, nō ſolum Fratribus alijs noſtræ Congregationis, ſed etiam quibuſ-

buſcunque extraneis, & ſecularib. abſq. aliquo conſcientiæ ſcrupulo aut aliquarũ cenſurarum, & ſententiarũ Eccleſiaſticarum, vel aliarum pęnarum incurſu, citra tamen inciſionem, & aduſtionem per ipſos faciendam: & tunc ſolum, quando Medici ſeculares commodè haberi non poſſunt. Gregorius xiij. Societati Ieſu, quod priuilegium incipit Vnigeniti Dei Filij, &c. ſub die vndecimo menſis Februarij 1576. Pontificatus ſui Anno 4. Quod refert de verbo ad verbum Emmanuel Rodericus in ſua Collectione Priuilegiorum Bulla 19. ſub Gregorio. xiij.

Tit. Miſſa.

§. 1. IN locis vbi noſtri degunt, poſſunt habere Oratoria, in quibus cum Altari portatili poſſunt Miſſarũ ſolemnia, & alia diuina Officia celebrare, vt habetur in Compendio priuilegiorum Societatis Ieſu. Tit. Oratoria, conceſſum dictæ Societati à Gregorio xiij. quod

quod incipit, Decet Romanum Pontificem ſub nu. 143. expeditum die 3. mẽſis Maij 1575. Pontificatus ſui anno 3. Nec requiritur licentia Epiſcopi Ordinarij iuxta Concilium Tridentinnm, cui derogatur à Gregorio in dicta Bulla, ſed ſufficit Pater Generalis, vel Prouincialis approbatio, & quod ad diuinum tantum cultum ſint deputata.

§. 2. POſſunt noſtri non ſolum in Oratorijs cum Altari portatili celebrare, ſed in quocunque alio honeſto, & congruenti loco cum debita reuerentia, & honore Paulus iij. Societati Ieſu ſub die 15. kalendas Nouembris 1549. Quod priuilegium, licet ſit à Concilio Tridentino vniuersè ſublatum vt patet in ſeſſione 22. ſub decreto de obſeruandis, & euitandis in celebratione Miſſæ, tamen à Gregorio xiij. eidem Societati Ieſu ſub die primo Octobris 1579. Pontificatus ſui Anno 8. quod incipit. Vſus Altaris Viatici, &c. Non obſtante Con-

cilio

cilio Tridentino, reſtituitur idem vſus hoc pacto: vt inter miſſiones, quæ à Superioribus fiunt, Presbyteri dictæ Societatis ſeruata aliàs forma (quæ forma eſt, vt honeſto, & congruenti loco, & cum debita reuerentia, & honore celebretur) conceſſionis dicti Pauli iij. licitè valeant Miſſæ ſacrificium celebrare ſuper Altari viatici vbique gentium, etiam in caſtris militum, modo loca, & ſi communia & profana, tuta, & honeſta ſint: Et Generalis aut Prouinciales Præpoſiti eo tunc vtendum fore iudicauerint. Itidemque poſſint ibi Presbyteri ipſi ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum miniſtrare fidelibus ad illud ſumendum. Non obſtantibus, &c. Vide de hac materia ſupra Tit. Infirmi §. 2.

§. 3. POſſunt Sacerdotes noſtræ Congregationis celebrare Miſſas per horam ante auroram, & infra horam poſt meridiem itineris, vel alterius legitimi impedimenti cauſa, de licentia Superioris

rioris Generalis, vel cuiuslibet alterius ad id ab eo deputati Greg. xiij. Societati Ieſu, vt refertur in Compendio priuilegiorũ Cõgregationis s. Mariæ Fulienſis. Tit. Miſſa. §. 3. Vide de hac materia ſupra Tit. Diſpenſatio. §. 12. verſ. Et quia in dictis locis.

SCHOLIVM.

IN noſtra Congregatione quilibet Præpoſitus concedit hanc licentiam.

Multa alia priuilegia fuerunt olim à Summis Pontificibus conceſſa Regularibus circa horam celebrandi Miſſam ante auroram, & poſt Meridiem, quæ habentur in Compendio Minorum Tit. Miſſa 2.

Supradictis priuilegijs non obſtat Decretum Concilij Tridentini; De obſeruandis, & euitandis in celebratione Miſsarum. ſeſſ. 22. §. poſtremo, &c. quia per Concilium Tridentinum prohibentur Sacerdotes, ne celebrent

alijs,

alijs quam debitis horis, ſuperſtitionis cauſa; Vnde in principio dicti. §. dicitur, Ne ſuperſtitioni locus aliquis detur, &c.

De iure vero poteſt celebrari Miſſa vna hora, & dimidia ante Ortum ſolis, & hoc eße in praxi ſeruandum ait Suarez in 3. par. D. Tho. tit. 3. Diſp. 80. ſect. 4. verſ. ſecundo inquiri poteſt; Et debent abſolui ante meridianum tempus, ita vt ſaltem ante meridiem debeant inchoari, vt legitimè dicantur iuxta conſuetudinem, quæ conſuetudo habet vim pręcepti, vt docet Suarez vbi ſupra verſ. quod autem, &c.

Non deſunt tamen Authores graues, qui dicant licere Mißam dicere per totam horam nonam diei, vſque ad tertiam horam poſt meridiem; ita Nauarrus in Manuali. c. 25. num. 85. Et in tractatu de Oratione. cap. 21. num. 22. & alij, quos refert Suarez vbi ſupra; Ipſe tamen in verſic. Quo circa, &c. exiſtimat non poſſe tutò in praxi hanc ſententiam ſeruari regulariter abſque alia cauſa.

In

In aliquo autem raro caſu v. g. ſi feſtum ſit ſolemne, & Miſſa publica, & concio non finiatur vſque ad vnam, vel duas horas poſt meridiem, tunc poſſe Miſſam priuatam inchoari poſt finitum ſolemne officium, maxime ne aliqua pars populi Miſſa priuetur.

Item permitti poteſt ratione itineris ſi occurrat neceſsitas celebrandi in die feſto poſt meridiem, dummodo vnius horæ tempus non excedatur; ita Suarez vbi ſupra.

Tit. Notarius.

§. 1. PRæpoſitus Generalis noſtræ Cõgregationis poteſt in Notarios creare, & deputare quoſcunque Fratres noſtræ Congregationis probos, & fide ad id, doctrinaque idoneos, qui quoties requiſiti fuerint, poſſint omnia & ſingula mandata, priuilegia, conceſſionis, & indulta Congregationis, ſeu eis perſonis conceſſa, Nec non Reſcripta Apoſtolica quibuſuis perſoni

ſonis conceſſa: nec non reſcripta Apoſto
lica quibuſuis perſonis ſecularibus, aut
Eccleſiaſticis inſinuare, eaſq. iuxta prę-
dictorum tenorem requirere, & mone-
re, aliaque omnia opportuna, & neceſſa-
ria exequi, & de illis publica coram te-
ſtibus requiſitis inſtrumenta conficere,
quibus eadem in iudicio, & extra fides
adhibeatur, quæ ſi per alios Notarios
authenticos rogata fuiſſent adhiberetur:
ac eaſdem perſonas ſic intimatas, moni-
tas, & requiſitas arctari debere. Pius v.
Ordini Prędicatorum adiuncta pœna
ſuſpenſionis à diuinis quo ad Epiſcopos,
& Archiepiſcopos; Excommunicationis
verò ipſo facto, quo ad inferiores, vt re-
fertur in Compēdio priuilegiorum Cō-
grēgationis Sanctę Mariæ Fulienſis. Tit.
eodē, & in Compendio priuilegiorū So-
cietati Ieſu, Tit. Notarius Et de verbo
ad verbum refert Emmanuel Rodericus
in ſua Collectione priuilegiorum Bul-
la 12. ſub Pio v.

Tit. Nouitius.

§. 1. OMnes gratię nobis conceſſę per ſummos Pontifices cõplectũtur etiam Nouitios, ſi tamẽ perſeuerauerint. Eugenius iv. Cõgregationi Sanctæ Iuſtinæ, vt habetur in Compendio Sancti Hieronymi Hiſpanię Tit. Nouitius. §. 3. Vide de hac materia ſupra Tit. Communicatio priuilegiorum §. 4. & tit. commutatio.

§. 2. SI aliquis ex Nouitijs noſtrę Cõgregationis non profeſſus, anno probationis nondum expleto ob infirmitatem de Medici ſentẽtia morti proximus videatur, ipſe pro cõſolatione animæ ſuæ ad profeſſionem Regularem ante tempus requiſitum (quatenus tamen in ætate legitima conſtitutus ſit) ad illam emittendam in manib. Præpoſiti admitti poterit. Pius v. Monialibus Sancti Dominici, quod refert Ioãnes Baptiſta Cõ-

fectus

fectus in Collectione Priuilegiorum Mē-dicantium priuilegio 7. ſub Pio v. & Hieronymus Sorbus Capuccinus in Compendio Mendicātium ſub Tit. Abbatiſſa. §. eſt hic aduertendum, &c. quod priuilegium eſt cum clauſula derogatoria Concilij Tridentini hoc pacto. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationib. Apoſtolicis, ac Monaſterij, ſeu Domus, & ordinis huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, &c.

SCHOLIVM.

EST autem notandum, quod ſic profeſſus Indulgentiam plenariam conſequitur, vt habetur ſupra Tit. Indulgentiæ. §. 3. Et ſi decedat, Monaſterium ſuccedere poterit in eius bonis. ita docet Ioannes Baptiſta Confectus in Summario priuilegiorum Mēdicantium. Tit. 13. cap. 13. in fine, folio mihi 385. & Tit. 23. cap. 13. folio 459. ſub Tit. de indulto Nouitijs monialibus; Hoc tamen

ſecundum mihi non placet, quia priuilegium propriè fuit conceſſum ad lucrandam Indulgentiam plenariam, qua gaudent Religioſi in illo articulo; Deinde priuilegium debet ſtrictè interpretari, quando vergit in præiuditium tertij, ita docet Henriquez. lib. 7. c. 30. num. 3.

Si vero ſuſtinere volueris opinionem Io: Baptiſtæ Confecti, quæ probabilis eſt, pro ea faciunt, quæ docet Sanchez. Tit. 2. de Matrimonio lib. 7. Diſp. 105. à num. 7. vſq. ad finem diſputationis.

Tit. Officium diuinum.

§. 1. FRatres noſtri ſatisfaciunt prę- cepto capit. Dolentes. de celebr. miſs. dicendo Officium ſtudiosè pariter, & deuotè, etiam ſi propter aliquam fatigationem, vel aliam cauſam dicant ſedendo, aut deambulãdo, vel non integrè verba proferendo, prout ſcripta ſunt propter negligentiam, aut im-

imperitiam, vel malam prolationem naturalem, propter defectum linguæ, ſeu qualitercunque ore imperfectè dicant, aut cum mentis diſtractione, & ſenſuum vagatione, dum tamen non ex malitia hæc faciant. Et ſimiliter, qui cum talib. malè proferentibus, vel alios ſupradictos defectus incurrentibus dicunt Officium, non tenentur recitare ab alijs imperfectè dicta, aut ab eis non integrè audita propter diſtantiam localem, vel ſtrepitum, ſiue aliam cauſſam, ſed ſatisfaciunt præcepto Eccleſiæ, qualitercunque audiendo, quæ alij debent dicere, præſertim in Choro. Leo x. Fratribus Minoribus, vt habetur in eorum Compendio priuilegiorum. Tit. Officium diuinũ primo §. 8. Et notat Corduba in ſua adnotatione ibidem in fine: & habetur in Collectione priuilegiorum Ioannes Baptiſtæ Confecti. priuilegio 20. ſub Leone x. verſic. quod Fratres, &c.

Concionatores, confess. et alij occupati cũ study possunt loco off. diuini recitare 6 uel 7 salm iu 7 pater. et aue. et bis credo

ex priuilegio conces. [illegible] ita diana pars. 3 de dubijs regul. resol. 68 et Hiero. Rodrig. comp. resolut. 20 n.

ſecundum mihi non placet, quia priuilegium propriè fuit conceſſum ad lucrandam Indulgentiam plenariam, qua gaudent Religioſi in illo articulo; Deinde priuilegium debet ſtrictè interpretari, quando vergit in præiuditium tertij, ita docet Henriquez. lib. 7. c. 30. num. 3.

Si vero ſuſtinere volueris opinionem Io: Baptiſtæ Confecti, quæ probabilis eſt, pro ea faciunt, quæ docet Sanchez. Tit. 2. de Matrimonio lib. 7. Diſp. 105. à num. 7. vſq. ad finem diſputationis.

Tit. Officium diuinum.

§. 1. FRatres noſtri ſatisfaciunt prę-cepto capit. Dolentes. de celebr. miſs. dicendo Officium ſtudiosè pariter, & deuotè, etiam ſi propter aliquam fatigationem, vel aliam cauſam dicant ſedendo, aut deambulãdo, vel non integrè verba proferendo, prout ſcripta ſunt propter negligentiam, aut im-

imperitiam, vel malam prolationem naturalem, propter defectum linguæ, ſeu qualitercunque ore imperfectè dicant, aut cum mentis diſtractione, & ſenſuum vagatione, dum tamen non ex malitia hæc faciant. Et ſimiliter, qui cum talib. malè proferentibus, vel alios ſupradictos defectus incurrentibus dicunt Officium, non tenentur recitare ab alijs imperfectè dicta, aut ab eis non integrè audita propter diſtantiam localem, vel ſtrepitum, ſiue aliam cauſſam, ſed ſatisfaciunt præcepto Eccleſiæ, qualitercunque audiendo, quæ alij debent dicere, præſertim in Choro. Leo x. Fratribus Minoribus, vt habetur in eorum Compendio priuilegiorum. Tit. Officium diuinū primo §. 8. Et notat Corduba in ſua adnotatione ibidem in fine: & habetur in Collectione priuilegiorum Ioannes Baptiſtæ Confecti. priuilegio 20. ſub Leone x. verſic. quod Fratres, &c.

Concionatores, confess. et alij occupati cā studijs possunt loco off. diuini recitare 6 uel 7 salm
iū 7 pater. et aue. et bis credo

ꝑ priuileg. conces. ... vide diana pars. 3 de dubijs regul. resol. 68 et Hiero. Rodrig. comp. resolut. 20 n. 5

§.2. NE Fratres noſtri mutuò ſe impediant in officio diuino, aut alijs ſint faſtidioſi, illa, quæ in Ordinario iubentur dici ſecretè ſub ſilentio in horis canonicis, non tenentur proferre vocaliter, ſed ſatisfaciunt, dicendo mentaliter, aut legendo inter ſe per librum, quia aliqui deuotius ſic dicunt, & abſque impedimento, & faſtidio aliorum. Leo x, Ordini Minorum, vt habetur in eorum Cōpendio. Tit. Officium Diuinum 1.§.9.

§.3. VBi occurrit dubium in recitatione horarum in Choro, poteſt illud determinare Præpoſitus, vel Vicarius, aut ille, qui eſt caput in Choro. Benedictus xiij. Ordini Sancti Hieronymi, vt habetur in eorum Compendio Priuilegiorum; Tit. Officium diuinum. §.1.& 2.& in Compendio Minorum. Tit. Officium diuinum primo §.18.

Poſ-

§.4. POſſunt noſtri iuſtis de cauſis facultâte Superioris ſine ſcrupulo Officium diuinum Miſſæ poſtponere. Iulius iij. Societati Ieſu, vt habetur in eorum Compendio. Tit. Horæ Canonicæ. §.1. quod priuilegium incipit. Sacrę Religionis, &c. ſub num. 68. conceſſum die 22. menſis Octobris Anni 1552. Pontificatus ſui anno 3.

§.5. POſſunt noſtri ratione itineris, aut alterius occupationis, quando creditur cum maiori deuotione dici poſſe diuinum Officium, illud mane recitare vſque ad Completorium incluſiuè. Pius v. Ordini Minorum, vt in eorum priuilegijs manuſcriptis. Et refertur in Cōpendio Societatis Ieſu. Tit. Horæ Canonicę. §. 2.

§.6. POſſunt etiam noſtri abſq. ſcrupulo Matutinum Officium ante ſolis occaſum recitare, vt habetur in Compendio Societatis Ieſu. Tit. Horæ Canonicæ. §. 3.

§.7. QVando aliquid diuini Officij (non tamen ex dolo) omittitur, poſſunt noſtri ſupplere dicendo Pſalmum aliquem, aut orationem Dominicam, aut ſalutationē Angelicam. Inno.viij. Ordini Minorum, vt refertur in Compendio Societatis Ieſu. Tit. Horæ Canonicæ.§.4.

Tit. Oracula Viuæ vocis.

§. 1. VIuę vocis oracula, quibus gaudet noſtra Congregatio non ſunt minoris efficacię, & valoris, quam ſi per Bullam, aut Breue, ad perpetuam rei memoriam eſſent conceſſa, & hoc in foro conſcientię tantum Leo x. Ordini Minorum, vt habetur in eorum Compendio priuilegiorum. Tit. Oraculum.§.2.& Tit. Priuilegia.§.22.

De hac materia vide ſupra. Tit. Communicatio priuilegiorum. §. 2.

Tit. Oratoria.

VIde ſupra. Tit. Miſſa.

Tit. Pacta.

§. 1. OMnes conuentiones, obligationes, compoſitiones, & pacta, quæ Fratres noſtri faciunt, etiam ſi Prępoſiti ſint, contra conſtitutiones, & conſuetudines noſtrę Congregationis abſque Capituli generalis licentia ſunt irrita & nulla. Alexander iv. & Honorius iv. Ordini Minorum, vt habetur in eorum Compendio priuilegiorum Tit. Conuentiones. §. 1. & 2. Et refert Ioan: Baptiſta Confectus in Collectione priuilegiorũ, priuilegio primo ſub Alexandro iv. & priuilegio 2. ſub Honorio iv. & priuilegio 3. ſub Iulio ij.

Tit. Paramenta ſacra.

§. 1. VEſtes, & pannos profanos poſſumus in paramenta, & alios Eccleſiarum vſus, ſecura conſcientia commutare. Sixtus iv. Ordini Minorum, vt refertur in Compēdio priuilegiorum Societatis Ieſu Tit. Sacra. §. 2. & in Compendio priuilegiorum Congregationis Sanctæ Mariæ Fulienſis Tit. Paramenta. De hac materia vide ſupra, Tit. Benedicere §. 3.

Tit. Predicare.

§. 1. POſſunt Fratres noſtrę Congregationis, qui idonei fuerint reperti, & à Præpoſito Generali approbati, & deputati, in quibuſuis Eccleſijs, Locis, Plateis publicis, & vbicunq. locorum Clero, & Populo verbum Dei prędicare, viam veritatis edocere, & ad bene viuendum exhortari. Paulus iij. Societati Ieſu, vt habetur

in eorum priuilegio quod incipit, cum inter cunctas, &c. num. 20. ſub die 3. Iunij 1545. Quod priuilegium declaratur à Gregorio 13. in alio priuilegio dictę Societati conceſſo, quod incipit, Vigore priuilegij, num. 255. ſub die 20. Nouembris 1584. Pontificatus ſui anno 13. Vt procedat, dato quod dicti Fratres ad Ordines ſacros non ſint promoti, ſed ſufficiat vt prima tonſura ſint inſigniti. Refert ſupradictum priuilegium de verbo ad verbum Emmanuel Rodericus in ſua Collectione priuilegiorum Bulla 28. ſub Gregorio xiij.

Tit. Præpoſitus.

§. 1. PRæpoſitus Generalis, & cęteri Prępoſiti noſtræ Congregationis poſſunt in rebus dubijs, & ſcrupuloſis conſcientias Fratrum tangentibus cum conſilio aliquorū Patrum (ſi res magni momenti fuerint) authoritate Apoſtolica determinare, ac

ſubditi Fratres poſſunt, & debent ſub Prælatorum determinatione ſecura conſcientia ſtare. Leo x. Minoribus, & Iulius ij. Magiſtro Ordinis Prædicatorum, vt habetur in Compendio priuilegiorum Sancti Hieronymi Hiſpaniæ Tit. Priores per Communicationem. §. 1. & 2. Et in Compendio Minorum Tit. Declarare. §. 4. & 5.

§. 2. PEr facultatem cōceſſam ab Eugenio iv. Prioribus Sancti Hieronymi Hiſpaniæ, poſſunt noſtri Præpoſiti omnimodam facultatem abſoluendi, diſpenſandi, quæ à Pontificibus, illis cōceſſa eſt, cōmittere alijs Confeſſarijs noſtræ Congregationis; Idem conceſſit Iulius iij. Societati Ieſu, vt habet priuilegiū quod incipit, ſacræ Religionis, &c. ſub num. 70. cōceſſum die 22. Octobr. 1552. Pontificatus ſui anno iij. Poſſuntq. ſibi eligere confeſſarium, & mutare, qui eis beneficium abſolutionis, & diſpenſationis impendat in omnibus caſibus, quibus

ipſi

ipſi authoritate Apoſtolica cęteros Fratres noſtræ Congregationis abſoluere poſſunt. Eugenius iv. Prioribus Sancti Hieronymi Hiſpaniæ, vt habetur in eorum Compēdio priuilegiorum Tit. Priores. §. 1. & Tit. Eligere. §. 2.

Tit. Prȩſcriptio.

VIde infra in Scholio poſt §. 11. Tit. Priuilegia.

Tit. Priuilegia.

§. 1. IMpedientes ingreſſum in noſtra Religione excommunicantur excommunicatione reſeruata Summo Pontifici. Eugenius iv. Congregationi Sancti Benedicti, & Iulius ij. Canonicis Regularibus Sancti Saluatoris, vt habetur in Compendio priuilegiorum Societatis Ieſu, Tit. Priuilegia. §. 4.

§.2. DAmnum inferentes bonis noſtrę Congregationis, ſi admoniti à noſtris, intra triduum non reſipuerint, vel reſtituerint, excommunicationem ipſo facto incurrant, Romano Pontifici reſeruatam. Iulius ij. Auguſtinianis, vt habetur in Compendio Minorum Tit. Bona. §. 10.

§.3. PEr priuilegium Innocentij viij. conceſſum Fratribus Ordinis Prędicatorum Congregationis Hiſpaniæ, quando dubia occurrunt ſuper priuilegijs, & gratijs noſtrę Congregationi conceſſis, pro ſecuritate conſcientiarum Fratrum noſtrę Cōgregationis, poteſt Prępoſitus Generalis pro tempore exiſtens, cum aliqua perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, & duob. alijs Iuriſcōſultis interpretari huiuſmodi dubia: Et Fratres noſtri ſecurè poſſunt ſtare declarationibus ab eis factis. ita habetur in Compendio Minorum Tit. Priuilegia. §. 13. Et talis interpretatio fieri

po-

poteſt ſecundum ęquitatem, & in fauorem ſalutis animarum, non autem ſecundum Iuris rigorem, & Doctorum ſubtilitates, Sixtus iv. Canonicis Regularib. s. Saluatoris, vt habetur in Compendio Priuilegiorum Societatis Ieſu Tit. Priuilegia. §. 10. & Iulius ij. Ordini Prędicatorum, vt habetur in Collectione priuilegiorum Io: Baptiſtæ Confecti, priuilegio primo ſub Iulio ij. Vide ſupra Tit. Declarare. §. 1. & 2.

§. 4. PEr priuilegia conceſſa Ordini Sancti Ioannis Hieroſolimitani, exempti ſunt noſtri à quacumque collecta, ſeu contributione, ratione perſonarum vel rerum, etiam ad refectionem Pontium, Murorum, & Eccleſiarum; Imo etiam ſi eatenus per abuſum ſeu alterius priuilegium vel negligentiam, atque adeo per longiſſimum tempus hoc priuilegium obſeruatum non fuerit. Clemẽs vij. vt patet in priuilegijs manuſcriptis Societati Ieſu Tit. Priuilegium. §. 11.

pro-

Prohibetur etiam ne ſimilia onera, ſiue realia ſiue perſonalia imponantur ſub pęna excommunicationis à notitia huius priuilegijs incurrenda, vt patet ex indulto Iulio ij. conceſſo Canonicis Regularibus Sancti Saluatoris; Et Leoni x. vt refertur in Compendio priuilegiorum Societatis Ieſu Tit. Priuilegia. §. 12.

§. 5. NOn poſſunt noſtri cogi ad iurandum de calumnia, nec ad teſtimonium ferendum. Honorius iij. Carthuſienſibus, & Iulius ij. Congregationi Sancti Saluatoris, vt refertur in Compẽdio Priuilegiorum Societatis Ieſu Tit. Priuilegia. §. 12.

§. 6. PER priuilegium Clementis iv. Fratribus Minorib. conceſſum, prohibetur omnibus Eccleſiarum Pręlatis ne interpretari pręſumant priuilegia, & indulta nobis conceſſa, ſiue clara, quę interpretatione non indigent, ſiue dubia contineant; ſed interpretatio reſeruata

eſt.

eſt Sedi Apoſtolicæ, cum eius ſit interpretari, cuius eſt condere. in Compendio Minorum Tit. Priuilegia Fratrum. §. 5.

HOc Priuilegium non eſt contrarium illi de quo facta eſt mentio ſupra. §. 3. Nam illud procedit quo ad Fratres noſtræ Congregationis; & hoc quo ad alios.

§. 7. VIrtute quarumcunque literarũ Apoſtolicarum conceſſarum & concedendarum nullo modo poteſt præiudicari, ſeu derogari priuilegijs noſtræ Congregationis; niſi de ipſis, & de noſtra Congregatione fiat de verbo ad verbum expreſſa mentio. Eugenius iv. Ordini Prædicatorum, vt habetur in Compendio Minorum Tit. Priuilegia Fratrum. §. 6.

SCHOLIVM.

HVic priuilegio derogatur per clauſulam illam derogatoriam, quæ apponi

 ſolet

ſolet hoc pacto: Quamuis talia priuilegia habeant, quod de eis ſit facienda mentio de verbo ad verbum, quæ pro expreſſis haberi volumus; ita docet Collector Priuilegiorum Ordinis Minorum Tit. Priuilegia Fratrum, quæſtione prima.

§.8. GEneralis noſtrę Congregationis vna cum conſenſu Capituli Generalis vel maioris partis, declarare poteſt & valet, vtrum ab vſu alicuius cōceſſionis abſtineri debet. Poſtquam quidem declarationem noſtrę Congregationis Fratres illa conceſſione in poſterum vti non poſſunt, ac ſi per ſantitatem Summi Pontificis ſuſpenſa, vel reuocata fuiſſet. Paulus v. Congregationi Sanctę Marię Fuliēſis, Per viuæ vocis oraculum factum Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domino Card. Bellarmino die 10. Septēbr. 1609. vt habetur in eorum Compendio Priuilegiorum Tit. Generalis. §. 10.

Vide ſupra Tit. Communicatio Priuilegiorum. §. 2.

Scho-

SCHOLIVM.

EST ſciendũ quod Emmanuel Rodericus in ſuis quæſtionibus Regularibus tit. primo, q. 9. art. 2. col. 2. dicit, quod Capitulum Generale alicuius Religionis poteſt reſtringere, vel tollere alijs Fratribus vſum priuilegiorum, & ita fuit obſeruatum à noſtro Capitulo Generali celebrato Anno Domini 1601. vt adnotatum eſt ſupra Tit. Abſolutio quo ad Fratres in Scholio poſt. §. vltimum.

§.9. ITem per priuilegium Sixti iv. conceſſum Generali Fratrum Minorum, quando noſter Pater Generalis videt aliquem Fratrem noſtræ Congregationis abuti gratijs, & facultatibus Apoſtolicis, poterit & valebit dictas gratias ſuſpendere, & ſuſpenſas tenere donec (hoc eſt quam primum commodè poterit) conſulat deſuper Romanum Pontificem, & ab eo reſponſum habeat; & ſuper hoc onerat conſcientiam prędicti Generalis.

ralis. ita habetur in Compendio Priuilegiorum Minorum Tit. Priuilegia Fratrũ §.9.

§.10. QVęcunque conceſſio Apoſtolica facta noſtrę Congregationi, vel noſtro Patri Generali, ſiue directè, aut per communicationem priuilegiorum aliorum ordinũ, eãdem omnino vim, atq. efficaciam perpetuo habet, tam in iudicio, quam extra, ac ſi plumbeo ſigillo obſignata eſſet. Iulius ij. Ordini Fratrum Sancti Auguſtini. Et hoc intelligitur tam de ijs, quæ in forma Breui, quam de ijs, quæ per ſupplicationes expedita ſunt, in quibus ſola ſignatura ſufficit; Idem Iulius ij. ſupradictis, vt habetur in Compendio Minorũ Tit. Priuilegia Fratrum. §. 18.

Et ſupradicta priuilegia ſi oſtendantur, ſiue ipſa exemplaria, ſiue eorum trãſumpta, Prælati alicuius, aut publici Notarij manu ſignata, aut etiam Generalis noſtræ Congregationis ſigillo firmata, eandem omnino vim habent, & illis fides

ad-

adhiberi debet, ac ſi plumbi ſignum haberent. Idem Iulius ij. dicto Ordini Sancti Auguſtini, vt habetur in eodem Compendio Minorum Tit. Priuilegia Fratrum. §. 19.

Et Leo x. Ordini Minorum de obſeruantia, Cum clauſula non obſtantibus, dummodo manu Notarij Publici ſint ſubſcripta, & ſigillo alicuius curię Eccleſiaſticæ, ſeu perſonę in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituta ſint munita, vt habetur in eorum Compendio Minorum Tit. Priuilegia Fratrũ. §. 30. verſ. Idem Leo, &c.

Vide ſupra Tit. Generalis. §. 3.

§. 11. POſſunt noſtri vti priuilegijs noſtræ Congregationis etiam ſi propter ſimplicitatem, & iuris ignorantiã vti nõ fuerint retroactis annis, Dummodo eis non ſit per prę̃ſcriptioné, vel alias legitimè derogatum. Nicolaus iv. Carthuſienſibus, vt habetur in Compendio Minorũ Tit. Priuilegia Fratrũ. §. 33.

SCHOLIVM.

PRiuilegia Regularium non tolluntur per quadragenariam prę\ſcriptionem, cum ex indulto Apoſtolico eis conceſſo, & communicato non curret, niſi elapſo ſexagenario anno, vt ex Priuilegio Leonis x. Camaldulẽſibus, & Vallis vmbroſæ Congregationi conceſſum patet; quod refert Io: Babtiſta Confectus in Summario Priuilegiorum Mendicantium Tit. 12. cap. 1. de præſcriptione actiua & paſſiua Regularium fol. mihi 376. Et ſic requiritur ſpatium centum annorum, vt notat idem Confectus vbi ſupra.

Præterea præſcriptio inchoata contra Regulares interrumpitur ex frequenti confirmatione, & innouatione priuilegiorum per ſummos Pontifices ex certa ſcientia, motu proprio, & ex poteſtatis plenitudine facta, qua quidem innouatione, priuilegia ipſa in priſtinum ſtatum aduerſus quæcumque obſtantia reducuntur, & conſeruantur. ita

docet

docet Idem Io: Baptiſta Confectus in Summario Priuilegiorum Mendicantium, In Sũmario Bullę Sixti iv. Bulla aurea nuncupata, cap. 3. ſub deſcriptione, An Regularium Priuilegia per non vſum, ſeu contrarium vſum, aut per præſcriptionem tollantur. fol. mihi 340. & 341. & præcipue in fine.

§. 12. SI ſęculares temerè cõtraire auſi fuerint cuiquam conceſſionum noſtræ Congregationis, pro excommunicatis publicari poſſunt; Si autem Clerici fuerint, prętер cẽſuram ſupradictam, Dignitatibus, & Beneficijs Eccleſiaſticis priuati ſunt, eaque libere impetrari poſſunt. Leo x. Fratribus Eremitis Sancti Auguſtini, vt habetur in Compendio Minorum Tit. Priuilegia Fratrum. §. 21.

Tit. Proceſſiones.

§. 1. PAtres, & Fratres noſtrę Congregationis ad proceſſiones publicas, vel priuatas etiam ſolemnes accedere minime tenentur, nec

ad id cogi, etiam ſi de Iure, vel ſtatuto, vel conſuetudine, vel alias quomodolibet aſtringantur, Pius iv. noſtræ Congregationi, quod confirmatum eſt à Pio v. Idibus Februarij 1567. Idem conceſſit Gregorius xiij. Societati Ieſu, in Priuilegio quod incipit, Quęcunq. ſacrarũ Religionum, ſub die 16. Menſis Iulij. 1576. Pontificatus ſui Anno 5. Non obſtante Concilio Trid. ſeſſ. vlt. de Regularibus, cap. 13. In quo priuilegio etiam habetur, quoslibet cõtradictores (hoc fieri poteſt per Conſeruatores) compeſci poſſe per cenſuras Eccleſiaſticas aliaq. opportuna Iuris, & Facti remedia; Et ſi opus fuerit etiam auxilio bracchij ſęcularis. Non obſtantibus, &c. Et Gregorius xiv. Clericis Miniſtrantibus infirmis, vndecimo Kalendas Octobris 1591.

Tit. Quarta.

VIde ſupra Tit. Canonica portio.

Tit. Recipere.

VIde ſupra Tit. Apoſtata.§.2.

Tit. Reconciliatio.

VIde ſupra Tit. Benedicere.§.1.

Tit. Reſeruatio.

§.1. NEmo ex Regularium Superiorib. peccatorum abſolutiones ſibi reſeruare poteſt, præter annotatos in Decreto Clemen. viij. publicato Romæ die 28. Menſis Maij 1593. Quod refert Stephanus Quaranta in ſua Summa Bullarij ſub Tit. Caſus reſeruati, in principio.

§.2. SVperiores noſtræ Congregationis non ſolum poſſunt ſibi reſer-

uare

uare omnes vel aliquos ex caſib. prçſcriptis à Clem. viij. in ſuo Decreto de quo in.§.prçcedenti, ſi ita expediri iudicauerit quo ad Fratres profeſſos noſtrç Congregationis; ſed etiam quo ad Nouitios. Paulus v. Congregationi Sanctç Mariæ Fulienſis, per viuç vocis Oraculum factum Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Octauio Cardinali Bandino, die 17. Menſis Auguſti 1609. vt habetur in eorum Cõpendio Tit. Caſuum Reſeruatio.§.4.

Tit. Sacra.

VIde ſupra Tit. Calices, & Corporalia.

Tit. Sacramenta.

VIde ſupra Tit. Communicare.

Tit. Scrupuli.

VIde ſupra Tit. Præpoſitus, §. 1.

Tit. Teſtimonium.

§. 1. IN cauſis proprijs Monaſteriorũ noſtræ Congregationis, ſiue Ciuilibus, ſine Criminalibus, ne ius eorum depereat, licet Fratrum teſtimonijs vti, eaque tanquam iuridica recipienda eſſe ſtatuit, Vrbanus iv. Priuilegio 8. Ordini Ciſtercienſi, Iulius ij. Oliuetanis, Priuilegio 31. Eugenius iv. Cõgregationi Sanctę Iuſtinę Priuilegio. 52. vt habetur in Compendio Priuilegiorum Congregationis Sanctæ Marię Fulienſis, Tit. Teſtimonium. Et refert Emmanuel Rodericus in ſua Collectione priuilegiorum Bulla 7. ſub Eugenio iv.

Tit. Tranſire.

§. 1. NVllus profeſſus noſtræ Cõgregationis poteſt tranſire ad alium quemcũque Ordinem etiam ſtrictiorem, etiam Carthuſienſium, etiam bona intentione ductus, prætextu quorumcunque priuilegiorum dictis Ordinibus conceſſorum, & quorũcunque literarum Apoſtolicarum, quaſcunque clauſulas etiam derogatorias in ſe continentium, quibuſcunque noſtræ Congregationis profeſſis in poſterum concedendarum, niſi in literis ipſis expreſſus conſenſus Præpoſiti Generalis acceſſerit, & niſi de licentia dicti Generalis petita, & obtenta; alioquin tam recipiẽtes quam recepti excommunicationis ſententiam, à qua niſi à Romano Põtifice, vel Præpoſito Generali noſtræ Congregationis preterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui non poſſunt, eo ipſo incurrunt. Innoc. viij. Ordini

San-

Sãcti Hieronymi Hiſpaniæ; Martinus v. & alij Summi Pontifices eidem Ordini, vt habetur in eorum Compendio, Tit. Tranſeuntes ad aliam Religionem. §. 1. & 5. cum ſequentibus, Et refert Capuccinus in ſuis Adnotationibus in Compendio Minorum Tit. Apoſtata ab Ordine in fine.

§. 2. LIcet Præpoſito Generali noſtrę Congregationis licentiã concedere Fratribus noſtræ Congregationis tranſeundi ad quemuis alium Ordinem Mendicantium, vel non Mendicantium, paris, laxioris, aut arctioris obſeruantię, per ipſum Prępoſitum illis preſcribendũ. Greg. xiij. Societati Ieſu, quod incipit; cum alias, &c. ſub die 22. Septẽb. 1582. Anno 11. ſui Pontificatus. Quodq. refert de verbo ad verbũ Emmanuel Rodericus in ſua Collectione priuilegiorum Bulla 24. ſub Gregorio xiij.

Scho-

SCHOLIVM.

ADuerte primo, quod intelligitur de Ordinibus Clauſtralibus non autem de Militaribus. Secundo Aduerte, quod licet in dicto Priuilegio adſit Clauſula prohibitiua Communicationis, & participationis: Tamen noſtra Congregatio non obſtāte hac clauſula participat hoc priuilegio, per priuilegium Gregorij xiv. conceſſum Congregationi Sancti Bernardi Regnorum Hiſpaniæ, quod eſt ſupra §.5. ante Tit. Abſolutio quo ad Fratres noſtræ Congregationis, Et per alia priuilegia, vt docet Emmanuel Rodericus in ſuis Quæſtionibus Regularibus tit. 1. q. 55. ar. 17.

Tit. Verberare.

VIde ſupra Tit. Correctio, & pręcipuè §. 2.

Tit. Votum.

VIde ſupra Tit. Commutatio. §. primo, & 2.

FINIS.

R. P. D.

DECANO

Licieñ quartę Funeralium.

Lunæ 15. Ianuarij 1618.

DOMINI cenſuerũt Monaſterium Clericorum Regularium non teneri ad ſolutionẽ quartæ Funeralium R.mo Epiſcopo, nam & ſi de iure communi iſta quarta ſpectet ad Epiſcopum, vel Parochum *Clemen. dudum de ſepult. c. 1. & 4. cum alÿs eod. tit.*, *c. cum quis pariter eod. tit. in 6.*, attamen ſecus eſt quando Monaſteriũ eximitur à d. ſolutione *ad tex. in c. priuilegia, diſtinct. 3.*, *c. in noſtra, de ſepult.* In caſu

autem

autem de quo agitur, nedum prædi-ctum Monaſterium, ſed etiam tota Religio eſt exempta à d. ſolutione quartæ Funeraliũ, cum Clemens VII. Paulus III. & Gregorius XIIII. dictis Clericis Regularibus communicauerit omnia priuilegia alijs Regularibus conceſſa, quare cenſentur etiam communicata priuilegia eximentia à d. ſolutione quartæ, inter quæ adeſt priuilegium Iulij II. conceſſum Minimis de anno 1506., & aliud eiuſdẽ Pontificis conceſſum Minoribus de Obſeruantia anno 1511. ſui Pontificatus 8., & aliud Pauli III. conceſſum Minoribus anno 1544., & poſtremo aliud Pauli IIII. conceſſum Ordini Prædicatorũ anno 1556., quæ per extenſum refert Archangelus Caracia de quarta Funeralium c. 1.

Neque obſtat *Conc. Trident. ſeſſ. 25. c. 13., de reform.* quia cũ iſtud Monaſterium ſit fundatũ poſt publicationem Concilij, & quatenus eſſet fundatum

ante

ante, cum non eſſet ſolitum ſoluere dictam quartam, Concilium ei non obſtat, vt declarauit S.mus Pontifex Pius V. in ſua Conſtitutione de anno 1567., quam refert Archangelus Caracia loco citato, *Gutierez de iuramento confirmatorio 2. par. c. 4. n. 3.*, *Emanuel Rodriquez in quæſtion. regul. to. 1. quæſt. 41. art. 2.*, & ita etiam reſoluit Congregatio Ill.ium Interpretum, vt refert Rodriquez loco prædicto.

Quod autem hoc Monaſterium fuerit fundatum poſt cõfirmationem Concilij, ex eo probatur, quia Concilium fuit confirmatũ die 27. Ianuarij 1564., Religio autem Clericorum Regularium fuit confirmata à Clemente VII. 14. Iunij 1524., vnde per neceſſe inferendum eſt, quod hoc Monaſterium ſit fundatum intra quadraginta annos, de quibus loquitur Concilium, & quatenus eſſet fundatum extra dictos quadraginta annos non probatur, quod eſſet ſolitum

ſol-

ſoluere quartam Funeralium.

Neque eſt verum, quod prædicta Conſtitutio Pij V. fuerit reuocata per Greg. XIII., vt in eius Bulla, quam refert *Nauarr. in Manuali c. 27. in fin.*, quia cum d. Bulla Pij plura contineret, per Gregoriũ redacta fuit ad terminos Concilij, vt cenſuit Congregatio Ill.^{mum} Interpretum, vt refert Garacia loco citato, qui etiam in fine tractatus refert ipſam declarationem, & benè aduertit Gutierez loco citato.

Et ita fuit reſolutũ vna parte tantum informante.

ROMAE,

Ex Typographia Cameræ Apoſtolicæ.

M. D C X V I I I.

Superiorum permiſſu.